non comedere ergo poterat absque ullo peccato
corpus eius deficere. Si tu dicas quod peccaret
in non comedendo quod tenebatur comedere.
Contra non semper tenebatur comedere. Sequitur
aliquam horam in qua tenebatur in illa
hora aut Adam esuriret aut non. Si
esuriret ergo patitur antequam peccaret.
Si non esuriret ergo natura non indiget cum
natura huius disposita tunc nullum cibum
appetebat ergo non tenebatur tunc comede-
re [illegible] ergo [illegible]. Item si Adam stetisset
aliquis de filiis eius potuit peccare.

ponatur ergo quod peccasset Sed possibile est virum iustum a peccatore interfici absque sua culpa sicut abel interfectus fuit a caym ergo possibile erat adam dormientem saltem ab eo iugulari et iugulatus interire nulla culpa sua interveniente Item impassibilitas est dos corporum glorificatorum Sed corpus ade in statu innocentie glorificatum non erat ergo in statu illo existens impassibilitatem non habebat ergo si in statu illo persistendo mori et non mori poterat ergo corpus ade erat dissolubile anima non peccante Sed contra ysidorus de trinitate Si homo stetisset in paradiso innocens vinceret nec ignis eum ureret nec aqua mergeret nec absentia cibi suffocaret nec omnia que nocent mortalibus impedirent ergo videtur quod ipso permanente in statu innocentie corpus eius non erat resolubile Item mors est pena peccati Sed omnis pena est ordinata pena autem non ordinatur nisi pro culpa nulli ergo potest inesse nec pena nec mors nec corruptio nisi tantum primus insit culpa si anima non peccante impossibile fuit dissolui corpus ade Item ad hoc ut debite constituatur aliquod compositum naturale est materiam et formam proportionari ad invicem Sed si anima ut forma et perfectio unita est corpori impossibile erat corpus illud dissolui et corrumpi nisi aliqua corruptio prius incideret ex parte anime sed corruptio que potest incidere ex parte anime non est nisi culpe ergo impossibile fuit corpus ade resolui et pati in anima quam aliqua culpa fuisset preambula Item status innocentie medius erat inter statum miserie et statum glorie Sed dissolutio corporis omnino opponitur statui glorie Cum in 1 status glorie non opponatur directe statui innocentie adam in statu innocentie persistendo corpus eius non fuit resolubile Item omnis passio est ab aliquo repugnante et predominante Sed adam in statu innocentie omnia vel cuncta concordarent ei vel subiacerent ergo nihil posset eius corpus ledere nec aliquam passionem inferre ergo corpus eius nec erat passibile nec dissolubile Item ipse

est stante rectitudine aliquam ipsum obliquari Sed rectitudo anime consistit in subiacendo deo et presidendo aliis creaturis tam corpori suo quam brutis ergo spiritu rationali stante in puritate innocentie et obedientie impossibile fuit corpus ab eius voluntate recedere Sed anima naturaliter appetit uniri corpori ergo impossibile fuit corpus in statu tali dissolui Responsio ad predictorum intellectum est notandum quod quemadmodum in metaphysica unum philosophi hic est dicit circa est immortale quod ad ultimum potest declarare hoc quod est immortale rem actus movendi vel rem potentia et locutio precedens utrum corpus hominis esset dissolubile sive posset dissolvi ipso non peccante distingui debet Illi enim absolute absoluti possunt declarare hoc unum possibile vel hoc unum dissolui sic locutio plana est Est enim possibile quod adam posset dissolui in statu innocentie ita quod ipse esset innocentia et mortis sine corruptionis pena et hoc enim possibile permanente ordine divine iustitie que nullam inordinationem in universo [illegible] sustinet Si ergo pena deordinata est nisi precedat culpa et corporis dissolutio non potest anime pure et innocenti non esse pena ingruemens videtur et contra ordinem divine iustitie quod corpus hominis dissolvatur in statu innocentie et hoc sancti dicunt et rationes ad hoc inducte ostendunt et ideo concedendum est quod non contingit illud quod prius obiicitur quod ex corruptibile de necessitate corrumpitur dicendum quod philosophus loquitur de illo corruptibili cuius regimen non subiacet voluntati Sed soli virtuti naturali et illud de necessitate habet corrumpi quod hoc tamen corruptionis intra se Corpus autem ade et si mortale et corruptibile tamen voluntati subiacebat ex ordine divine iustitie et ideo nisi voluntas deordinaretur corpus ideo numquam corrumperetur ad illud quod obiicitur quod compositum ex contrariis competebat corruptio secundum illum statum dicendum quod alio modo se sunt contraria in compositione corporis secundum statum nature lapse aliter secundum statum nature institute secundum statum nature lapse non solum agunt in ad [illegible]

Sed etiam admittere mutuo agunt et
patiuntur non plus in ipsa constitutione
sed etiam post constitutum esse in statu
innocentie taliter commixta fuerant et
proportionata in prima compositione et ad
tantam concordiam coniuncta ut illo sta
tu manente mutuo non pugnarent
et ideo propter illam compositionem corpus illud di
ssolui non poterat. Ad illud quod dicitur
quod in statu innocentie in illo corpore
fiebat deperditio, dicendum quod natura uniuersalis pa
titur corrumpi secundum partem sed nullo modo
patitur corrumpi secundum totum sicut natura
bene instituta in hoc regulata ab or
dine iustitie prudentie admittebat
deperditionem fieri in hoc secundum aliquam
partem propter statum qualitatis in quo erat
Sed nullo modo patiebatur corruptionem
fieri in toto sicut enim fiebat corru
ptio et deperditio ita etiam fiebat restauratio
et ideo non consequebatur dissolutio. Ad
illud quod dicitur quod adam actu poterat
abstinere dicendum quod non poterat abstine
re a comestione quin esset locus et tempus
tamen quod sibi expediret preceptum erat ut
comederet de lignis paradisi aliis a
ligno scientie boni et mali aliis a ligno
scientie boni et mali tamen etiam quod si
dominus non precepisset natura bene instituta
dictaret quod dictat nullum interimere
sibi manum mittere nec valet illa
obiectio quod obicitur de fame debe
bat enim famem preuenire et percipie
bat horum et indigentiam sue
nature quam si pertulisset committeret et pecca
ret. Ad illud quod dicitur quod peccator potest occi
dere innocentem dicendum quod uerum est secundum
statum nature lapse in quo omnis homo in
peccato originalis est mortis debitor
[illegible] permittere innocentem occidi [illegible]
a principio non est contra ordinem iustitie
secundum statum predictum in statu autem illo
quod nulla culpa precesserat ordo iustitie
iustitie talem deordinationem vel pu
nitionem admittere non debebat. Ad
illud quod dicitur quod impassibilitas pri
vat et actiuam et primam passionem secundum
decentem statum illa autem impassibilitas
corporis ade non merebat nisi secundum statum
declaratum et ideo perfecta non erat nec dos
dici debebat

Secundo queritur utrum adam peccante
corpus eius posset perpetuari per esum ligni
vite et quod sic videtur per textum Genesis iii°
ne forte sumat de ligno vite et
uiuat in eternum hic dicitur de adam post
peccatum ergo si post peccatum sumpsisset
in eternum vixisset et corpus eius perpetuatum
fuisset. Item hieronimus videtur per textum de
fructu vite qui de adam ait sic sunt
ante peccatum corruptibilem post peccatum cor
ruptum sed utroque modo per esum ligni vite
potuit sustentari. Item hic per experi
mentum enoch et helias sic dicunt
glo. et scolastici auctores in paradiso con
seruantur per esum ligni vite usque ad an
tichristi aduentum sed qua ratione usque ad
illud tempus conseruari possunt eadem ratione
et deinceps ergo pari ratione et corpus ade.
Item non fuit maioris efficacie lignum
scientie boni et mali ad corpus perdendum
quam lignum vite ad conseruandum sed per esum
illius ligni corpus hominis factum est dissolu
bile ergo pari ratione per esum alterius ligni poterat
corpus corruptibile solidari et perpetuari sicut
ergo alterius ligni comestio corpus firmum
et solidum reddidit dissolubile et in
firmum. Item post peccatum si spiritus hominis
iungeretur fonti uite disponeretur ad per
petuam beatitudinem et uitam immortalem
ergo si lignum vite corporale sic se habe
bat ad corpus conseruandum sicut lignum vite
spirituale se habet ad spiritum videtur enim quod si homo
penituisset et de ligno vite gustasset
quod corpus eius factum esset indissolubile.
Item non bene complexionatus si non habet
impedimentum extrinsecum vivere potest usque
ad consumptionem humidi radicalis sed si
illud humidum posset restaurari posset corpus
eius incorruptum in perpetuum conseruari
Si ergo lignum vite sicut dicunt doc
tores habebat vim restaurandi humidum
radicale videtur quod si homo de illo comedisset
quod corpus eius in eternum posset durare etiam
post commissionem culpe

Sed q Ro vi stipendia pcti mors
Si go postqm ho peccauit ntum ip
sum mori ergo ntum fuit eius corpus di
ssolui 1° nec poterat perpetuari per esum ligni
vite Item sentencia data fuit Gen 3 Quacu
mque die co et Si 1° illa sententia nulla
vita creata pt infirmare Quatumcumque
ho comederet de ligno vite ntum erat
ipsum mori et corpus eius resolui et hec
ipsum dicit aliquis textus Gen 3 in puluis es
et in puluerem reuerteris etc Item ho p
peccatum similis factus est iumentis insipien
tibus et similis s̄ si comederet de ligno vite
non propter hoc corpora eorum fient indissolubilia
Si ho quantum ad conditionem mortalitatis similis
factus est iumentis propter culpam quantumcumque
de ligno vite comederet corpus eius dissolui
ntum esset Ro dicendum quod eadem lege qua diuina
iusticia non patitur meritum impunitum et
mortem non patitur etiam malum remanere in
punitum et ideo diuino decreto fuit ut
si ho mandatum dei transgrediendo peccaret
et ipsi auctori ergo inobediens esset ipsi
spiritus carnis dominium amitteret et sicut
voluntas adeo recessit sic etiam in intuitu
corpus ipsum desereret indissolutum in suam
originem unde sumptum erat rediret et
diuino decretum erat inviolabile hinc
est quod postquam ho peccauit quantumcumque de ligno
vite ederet corpus eius non fieret indissolubile
ita quod mortem posset euadere et ideo
sunt rationes hec ostendentes ad illud quod
postea dicitur in contrarium de textu dicendum quod etiam
ibi non dicit vite interminabilitatem s̄ vite qua
dam durationem qua sepe consueuit loqui
scriptura Quamuis enim lignum vite illud
corpus non poterat perpetuare poterat tamen adeo
ipsius naturam adiuuare et vigorare ut
diutius viueret et per hoc patet responsio ad
duo sequentia ad unum Richardi et ad
illud quod dicitur de Enoch et Helia utrumque
enim non concludit vite interminabilitatem
s̄ vite quandam diuturnitatem quam dederat
si lignum vite posset hominem lapso conferre
per sibi diuinitus collatam virtutem non tamen
poterat inceptam consummare quam diuinum decre
tum infirmare non poterat et corpus hominis
peccantis adhuc post peccatum habile non erat
et illud lignum in se eo quod dispositionem
habebat ad eius effectum efficaciam habebat

ad illud quod dicitur possibile de ligno scientie boni
et mali dicendum quod illud scientie desierit ante
peccatum quam illud lignum scientie boni et mali
non fecit corpora illa esse dissolubilia
s̄ solum hominis culpa et diuina sententia
Ideo ad quod corpus Ade antequam peccaret
nec habebat necessitatem ad permanendum nec
necessitatem ad corrumpendum s̄ postquam ho
peccauit corpus eius subiectum fuit necessitati
moriendi ideo per esum ligni vite non poterat
conseruari ad illud quod dicitur de comparatione
spiritus ad fontem vite spiritualis etc dicendum
quod illud scientie desierit ante peccatum quam quia
voluntas facilis vertitur et reuertitur quam
natura Ideo ad quod fons vite spiritualis est
multo potencior super animam quam illud lignum
esset super corpus et ideo non sequitur quod si diuinus
spiritus recreat et viuificat animam quod
lignum vite reficeret et consolidet in statu
pristino ad illud quod dicitur quod lignum vite
restauraret humidum radicale dicendum quod
et si perfecti esum sufficienter restauraret
humidum in corpore hominis secundum statum nature
institute minus tamen in statu nature lapse
sic restauraret quin aliqua deperditio
fieret et ita quamuis diutius conseruaret
in tali tamen aliquando illud humidum
radicale deficeret et corpus ad disso
lucionem perueniret
Consequenter queritur de immortalitate
primi hominis quantum ad conditionem
Circa hoc queruntur duo Primo utrum
illa immortalitas esset per ecclesiam cum
immortalitate gloriosa
Circa primum sic proceditur et queritur utrum
illa immortalitas esset a natura
vel a gratia et quod a natura videtur Illud est
nobis naturale quod nobis inestitutum
et cum quo nati sumus s̄ ho cum illa
immortalitate conditus est et illa immor
talitas indita est homini a sua conditione
ergo fuit ei naturalis vel a natura Item mors
non poterat inesse homini nisi precedente
culpa sicut probatum est supra s̄ culpa
non poterat homini inesse nisi deordina
retur natura Si ergo mors meruit homini
contra naturam immortalitas meruit ei per naturam
Item per hoc erat ho immortalis per quod
erat incorruptibilis s̄ incorruptibilis erat ex
conditione nature esto ut quod necessitatem habet contra

michi contingit in hac innocentiam
ergo immortalis erat ex nature conditione
non ex beneficio gratie Item immortalitas
anime consistit in conuenientia eius ad corpus anime
et corporis conuenientia autem quietatis anime
et corporis est per conuenientiam appetitus unius
ad alterum Sed anima habet conuenientem appetitum
ad corpus et econuerso per naturam absque gratia ergo i
mortalitas inerat ei per naturam Item illud
est primum per quod datur rei esse et per
quod inesse conuenientia Sed anima rationalis que
est forma per naturam immortalis et mortalis
corpori dabat naturaliter esse et complementum
ergo et ipsius corporis sine homo esse naturaliter
conueniebat Sed a quo inesse est conuenientio
ab eodem est immortalitatis perpetuatio
ergo etc Item simile est homini comedere ea
que sibi apponuntur Sed homo per esum ligni
vite et aliorum lignorum paradisi vitam
suam poterat perpetuare sicut dicit augustinus
et magister ergo videtur quod hominis perpetuatio
inerat homini per naturam Sed contra augustinus super
genesim et magister dicit in littera creatus est homo
immortalis quod erat ei de ligno vite
non de conditione nature immortalis erat de con
ditione corporis animalis immortalis beneficio
conditoris et hic idem ipse augustinus dicit
expresse quod sicut constitutus fuit filius israel
quod in xl annis vestimenta eorum non
veterascerent ita constitutus fuit adam ut
non moreretur Item super illud luce x
despoliauerunt eum et plagis abierunt
glossa exponit de primo homine quem dicit
expoliatum fuisse in gratuitis et vul
neratum in naturalibus ergo si immortalitas
non fuit vulnerata sed simpliciter ablata ipsi
homini per culpam ergo non inerat ei a natura
sed a gratia Item hoc videtur ratione pietatis nam
certe non derelinquunt scilicet nisi prius culpam
Si ergo immortalitas inerat homini a natura
non videtur quod debuit eum relinquere
propter culpam quod scilicet eam amisit patet etc
Item impossibile est duo opposita inesse
eidem secundum eadem principia maxime
cum principia naturalia causancia que
non inclinant ad opposita Sed homo
per naturam suam poterat mori ergo aut
immortalis non erat aut si erat

non erat per naturam sed per gratiam solum
Item corpus ade per naturam proprium erat non
aliter complexionatus ergo molles et
teneras carnes habebat Sed naturaliter
molle cedit duro igitur per naturam corpus ade
vulnerari poterat et scindi ergo per naturam
adam non erat immortalis Item ignis
naturaliter consumit corpus ex elementis mixtim
constitutum et per corpus animale per naturam indi
get aspiratione et respiratione ergo si
homo caderet in aquam vel ignem et non
moreretur hoc non esset per virtutem nature sed
potius quam vel supra ergo non esset a natura
Sed potius ex gratia Responsio dicendum quod sicut So
dicit magister in litera circa hoc multiplex
et varia fuit opinio eundem dicere
voluerunt quod immortalitas primi hominis
esset a natura quidam quod esset a gratia utrique
autem harum opinionum aliquam efficaciam com
habuit mouentem et utraque habet aliquid
veritatis licet una habeat plus quam altera
Sicut enim tu dicis homo est beatificabilis duo
tanguntur et aptitudo et dispositio ita etiam
tu dicis homo est immortalis verum sicut homo quo
dam modo potest dici beatificabilis per naturam
quodam modo per gratiam sic et in proposito pertinet
enim hoc quod est beatificabile importat apti
tudinem ad beatificationem secundum autem quod im
portat dispositionem sufficientem per quam
quis prevenit ad beatitudinem sine suffi
cientem ordinem ad actum sic inest homi
ni per naturam sed per gratiam per quam sufficienter
disponitur ad gloriam nec sine illa potest sufficere
natura Sic et in proposito immortalis quantum
ad statum innocentie dici poterat homo
per naturam immortalis etiam per gratiam quia a
natura habebat aptitudinem sed a gratia habebat
complectionem hoc etiam patet sic tripliciter potest
mors homini contingere autem per elementorum pu
gnam et dissolutionem aut per humidi con
sumptionem aut per ex[tr]insecum lesionem
immortalitas ergo dicit homini priuationem huius
triplicis modi moriendi quantum ad actum
et potentiam in beatis qui dicuntur immortales
quia non possunt mori quantum vero ad
actum solum in homine constitutis in statu
qui dicuntur immortales quia poterant non
mori hoc tempore quamuis moriendi habebant
tamen aptitudinem euadendi hoc tempore

genus mortis p id quod habebant a
na nam corp valde bn erat cplexi
onatu et aia de se incorruptibilis
erat que illud corp regebat et co
servabat et ita ydoneus erat p ing hoc
ex hijs sic astitutis p ingm deficeret
p elemtorum pugnam et dissolucoz
Sz cu illud no sufficiebat h em no
posset aia facere pectatrix si pone
in qsli corpe et io datu fuit illi
aie donu gre p qd posset corpis p
sidere et illud rege et elemta q i m
quada quietia custodire et hc ergo dm
velllet suo actori subiace hc aut do
nu gre vocat aucsling instcia origi
nalem et sic pz qp qntu ad imortali
tatem que e gn p in genus moriendi a
ptitudme habebat a na sz cplemtu a
gra Alr qd ad sm genus moriendi
quod e p humidi asumtom vis em
nutritiua potens erat ad qtinendum
alimtu scu sufficiens et ela ~~efficac~~
efficaciam habebant vrtute ad nutri
endum et ex hc ho ydoneus erat ut
qservaretur in eo sn corruptom humi
radicale Sz qp humidu radicale
paulatim qsumitur nec pt repari
p q rucz alimtu io data e virtus
spalis eidem ligno quod dem est
lignu vite p cuius sumptom repare
humid radicale et hc quid no fuit
ex qditom ne sz ex bnsicio qditor
sicut aug dt Alr et qntu ad 3m
genus qp quid sit p exticeat lesionem
adam em fortis et potens erat ad
repellendu nociua sapiens et dili
gens ad precauenda nec habebat noci
va ex tunc et io ydoneitatem habuit
ut p nullius lesionem incurreret morte
vnu tm qp bestie et queq alia sunt
que possent nocere ipm odo no ledebant
nec in sompno nec in vigilia hc no
erat a na sz a spali dei p videncia
que ita eu custodiebat ut sub pedi
bus eius oia subiacerent ut nichil
incipet ipm offendere et si incipet no
valeret et sic pz qp imortalitas q

que fuit in statu innocencie qntu ad
aptitudme fuit a na qntu ad cpletu
fuit a gra et p hc p maiori parte pz
responsio ad obiecta Racio em que pbat
qp no fuit simplr a na qcedende est
qr vni qcludunt ad illud qp o qp fuit
a na qr fuit ei innata dcdm qp no
omne quod inest hoi a principio sue
natiuis nale est nisi extendatur hc no
nale multa em bona gratis data
q creantur et dantur cu na sicut pla
nu est et io illud no vz ad illud qd
o qp mors no poterat intervenire
nisi pma culpa dcdm qp hc no erat
ppr naturam solu sz ppr bnsiciu gre
quod erat nature supadditu qr em origi
instcia faciebat natam imortalem
esse et homo no poterat ~~pcde~~ nisi p int'venire
culpam ad illud qp o qp imortalitas
erat a na qo sicut imortalitas dcdm
dcdm qp innocencia pt dupliciter dici uno
vnoo pinatiue qr pnat culpa alio
positiue qr ponit instcia originalem
innocencia aut no erat ca imortalis
sm qp dt puaconem peccatom sz sm qp
importat originalem instcia merito
cuius erat in aia vis tocius corporis qte
tina ad illud qp o qp qtinuatio vite
est ex qmatom aie et corporis dcdm qp
ad qtinuatom vite no sufficit appetitus
sicut ad bntitatom no sufficit appe
tere beatitudmem sz ncia e vltius
virtus ad satisfaciones appetitui Sic
em na appetit esse et durare non
solu hom sz eciam brutorum no tn in eis
e imortalitas et io no seqr qp si
a na sit qtinuatio appetitus qp a na
sit qtinuatio imortalitatis et p hc pz
responsio ad illud quod o qp absoluta e
ducio esse et qservacio dcdm em qp et
si illud sit vni de qservatom que est
ad tempus no tn e vni de ppetuatom
multa em sunt que possunt ee dare no tn
possunt ppetuare ad illud qp vltio o
qp p esum ligni vite et aliorum lignorum
poterat inicce qservari dcdm qp ista no
erat tota ca ymo ncia erat

dina virtus protegentis et prohibentis no
ciua et interior virtus confirmantis et con
seruantis Tercia propterea quod lignum vite
talem effectum habet sic speciale donum erat
dei sicut etiam quod tanto tempore vel estimata
et talia namque ipsi vel isti potuerunt sibi
pro re abstinencia et sic patet illud

Secundo queritur utrum eadem est
immortalitas innocencie per essentiam
cum immortalitate glorie si homo stetisset et
quod sic videtur augustinus de vera religione per christum
recuperamus perdiderimus quod in adam
ergo illam immortalitatem quam in adam
perdiderimus per christum recuperamus sed illa
immortalitatem quam per christum recuperamus
est immortalitas gloria ergo etc Item potencia
inte disposita est eadem per essentiam cum
seipsa indisposita sed immortalitas in
nocencie est immortalitas glorie sic se
habent sicut potencia indisposita et potencia disposita
in dispositione que est necessitas tunc in
statu innocencie poterat mori et non mori
in statu glorie necesse habebat non mori ergo etc
Item li aurum confirmatum et non confirmatum est
idem per essentiam similiter et talis ergo similiter verum est in
immortalitas Secundo sic se habent hec morta
litas et illa ergo etc Item maioritas in sta
tu innocencie non est alia a maioritate in
statu miserie quia non est per peccatum data
bona pona nec ablata ergo similiter erit in statu
innocencie et statu glorie non est alia et
alia immortalitas Item si homo stetisset tunc
transferretur ad immortalitatem ita quod nullius
proprietatis nobilis fieret deperdicio in ipso
tunc immortalitas in homine diceret conditionem
nobilem si transferretur illa immortalitas
non amitteretur sed non sunt in eodem homine
due immortalitates simul et semel igitur
immortalitas innocencie et immortalitas
glorie non differunt sed contra quod habet aliud et
aliud principium proximum differens per essentiam
est differens per essentiam sed immortalitas in sta
tu innocencie et in statu glorie est aliud
et aliud principium differens per essentiam
quia illa est causata ista est agra gratis data
ergo differunt per essentiam Item non est transitus
ab eodem in idem sed transitus esset ab immortalitate
innocencie ad immortalitatem glorie ergo illa
immortalitas et ista non sunt eadem Item
quorum opposita sunt diversa ipsa sunt diver
sa sed immortalitas status innocencie non
opponitur mortalitati cum sit messuit eadem
adam enim mortalis fuit et immortalis

Sed immortalitas glorie opponitur illi ergo non
est eadem cum illa immortalitate Item si
vita ade esset una et continua si stetisset
in via et patria status tamen vite et condicio
esset alia et alia quia condicio animalitatis et
spiritualitatis non habent identitatem sed potius
oppositionem et diversitatem ergo cum immor
talitas non dicat solum vitam sed potius
condicionem vite secundum statum animalem et spi
ritualem videlicet quod immortalitas sit alia et alia
Item hoc ipsum videlicet per illud quod dicitur
in littera alia est immortalitas quam amisimus
alia quam in resurrectione speramus Ex hac
auctoritate expresse colligitur quod alia sit im
mortalitas vie et alia patrie ad pre
dictorum intelligentiam notandum est quod cum idem sit
significatum in principali et in diminuto sive
in abstracto et concreto idem est significatum
hoc quod est immortale et hoc quod est immor
talitas immortale autem dicitur quod est aptum
natum sive potens non mori immortalitas
igitur idem est quod potencia sive aptitudo ad
non moriendum et hec potencia ad non mo
riendum non est aliud quam potencia anime in re
gendo et non continuando corpus ut nunquam
deficiat nec abeo separetur Et hec potencia
consequitur ipsum li animum et ei conformatur
unde sicut in statu innocencie homo poterat
peccare et non peccare Sic anima corpus
poterat continere et non continere et homo poterat
mori et non mori Verum vero in statu glorie
impossibile est li animum peccare et impossibile est etiam
animam corpus deserere Et quod in statu miserie
necesse sit et in peccato aliquem esse propter alterum
in sua origine ideo impossibile est eciam cor
pus continuare eternaliter Ipsius li anime
potencia in statu innocencie et glorie est eadem
per essentiam differens solum secundum statum et dispositionem
superadditam sicut illa potencia continendi et
regendi corpus que dicitur immortalitas per essentiam est
eadem differens sola superaddita dispositione et ideo cum
queritur utrum immortalitas innocencie et glorie
sive vie et patrie esset eadem Respondeo quod
est eadem est quantum ad potenciam sed alia quantum
ad dispositionem superadditam vel ut prius dictum
tamen una et eadem est sed altera secundum alterationem
Sicut coruscus albus et niger idem est sed
alteratus et ideo concedende sunt rationes ostendentes
quod hec immortalitas et illa per essentiam est
una ad rationes ad oppositum facile est videre
Nam ad illud quod primo obicit quod principium proxim
huius immortalitatis et illius est aliud et aliud
patet responsio quod primum principium sive potencia contiua

est una et eadem licet sit alter et alius de potentia
habuit gratia inde vero gloria ad illud quod dicitur quod non
est transitus ab eodem in idem dicendum quod transi
tus ab hac immortalitate ad illam est per
diversificationem statuum quia est transitus a statu
in statum et ideo sicut quod non est a statu imperfectionis
ad statum perfectionis non dicitur aliud et aliud
sed status dicitur alius et alius sic est in proposito
intelligendum. ad illud quod dicitur quod habent diversa
obiecta dicendum quod illa diversitas oppositionis vel ex
ratione superadditae dispositionis sicut intelligitur
in libertate arbitrii quae est libertas a coactione
a culpa et a miseria libertas enim a culpa
superaddit aliquam dispositionem scilicet gratiam
libertas autem a miseria superaddit aliquam
dispositionem scilicet vel innocentiam vel gloriam
ratione quarum dispositionum habet opposita diversa
Sic etiam immortalitas gloriae superaddit ultra
immortalitatem innocentiae sicut dispositio quae
est nobilitas ultra dispositionem quae est congruitas
Ad illud quod dicitur immortalitas dicitur conditio
vitae sive status dicendum quod verum est sed non
principaliter immo principaliter dicitur potentiam
corporibus convenientem sicut predictum est et ideo
ratio illa non cogit ad ultimum sed ad auctoritatem
magistri iam patet responsio quod enim dicitur quod sit alia
et alia aut intelligitur hoc esse dicendum quod est altera
et altera aut intelligitur esse alia et alia quantum
ad ipsam potentiam quam principaliter importat
ipsa immortalitas sed quantum ad dispositionem super
additam et sic patet responsio ad quaesita

In parte ista sunt dubitationes circa litteram
et primo quaeritur de hoc quod dicitur in primo statu fuit
corpus hominis animale animale enim denominatur ab anima
ergo omne corpus habens animam potest et debet dici
animale Sed corpus gloriosum est huiusmodi ergo animale
dici potest Consequenter igitur animale condividitur contra
spirituale Si tu dicas quod anima ibi nominat vitam
carnalem sicut dicitur Ioh. xii qui amat animam
suam perdet eam Sed talis modo vivere est
reprehensibile ergo videtur quod tale corpus non competeret
statum innocentiae Responsio dicendum quod non
generis aliquid appropriatur speciei propter quod speciem in
completionem vel imperfectionem nullam addit nomen
speciale unde sicut animal appropriatur be
stiis et dicuntur bestiae esse animalia sic
animale dicendum ab anima appropriatur quodammodo
his quae habent animam vegetativam et ideo voluit
Augustinus appellare corpus animale id est corpus alimoniis
egens et isto modo dicendum attenditur secundum quod
animale vel ab anima et patet responsio ad obiecta
alio modo posset dici licet minus proprie quod animale vocatur
in hoc quod est animal et tale appetitur
bestiis dicitur corpus animale id est bestiis simile
erat autem Adam in sua conditione quantum ad corpus
consimilis bestiis in hoc quod indigebat refecti
onibus quantum ad mentem vero erat in honore
bestiis dissimilis Sed quia cum in honore
esset non intellexit immo peccavit ideo comparatus
est bestiis insipientibus et similis factus illis
ut etiam non solum ipse et eius posteri essent
bestiis similes in egentia cibi sed etiam in
bestialitate et appetitu mentis et sic patet
Et sic patet responsio quare dicitur Adam habuisse corpus animale
et quod dividitur contra corpus spirituale Item quaeritur
de hoc quod dicitur quod habebat corpus mortale et
immortale Cum enim mortale et immortale
sint opposita videtur quod duo opposita inessent simul et semel
eidem Item aliter contra hanc divisionem dividitur
per mortale et immortale sicut per rationale et irrationale
Si igitur impossibile est aliquid simul et semel esse rationale
et irrationale impossibile est esse mortale
et immortale Responsio dicendum quod immortale
dicitur duobus modis prout privat actum et aptitudinem
moriendi et sic dicitur mortale quod non est potens
mori et hoc modo directe opponitur ei quod est
mortale et impossibile est esse circa idem alio modo
prout privat actum solum et tunc dicitur immortale
id est potens non mori et hoc modo mortale et
immortale non habent oppositionem quia potentiae
rationales et illae quae rationalibus subiciuntur
sunt ad opposita et ideo licet actus sint oppositi potentiae
tamen non sunt oppositae et sic patet responsio ad illa obiecta
procedunt enim secundum quod immortale privat potentiam
Et si tu obicias quod potentiae distinguuntur
per actus et ita si actus sunt oppositi et potentiae Si
dicendum quod illud habet locum in potentiis naturalibus
primis vel si in aliis potentiis [illegible] habet locum
intelligitur de actu qui circumplectitur totam
potentiam Cum autem potentia est ad opposita unus
illorum actuum potentiam totam circumplectitur
Item quaeritur de hoc quod dicit quod post peccatum corpus
factum est mortuum Mortuum enim et vivum
opponuntur privative ergo si corpus Adae post peccatum
vivebat falsum est dicere quod mortuum erat
Si tu dicas hoc dicendum esse quia necessitati moriendi
erat astrictum pari ratione cum haberet necessitatem
ad putrefactionem deberet dici corpus Adae esse
putrefactum Responsio dicendum sicut dicit Augustinus in
xiii libro de civitate Dei mortuum potest esse nomen vel
participium Secundum quod est participium sic significat
mortem in fine sed secundum quod est participium praeteriti
temporis et tunc dicitur esse aliquis mortuus
in quo mors primus fuit Secundum autem quod est nomen
denominat aliquem non solum a morte quae in fine
sed etiam a morte quae inest Sicut dicitur aliquis albus

abalb eo in eo que in est et quam mors in chlado
et quam tendentia ad non esse et hoc continue
ad non esse tendit per lapsum hinc quod continue
est in morte et ideo continue potest dici mortuus
et ideo dicit apostolus quod corpus mortuum est propter
peccatum etc. ergo oportet quod mortuum et vivum
opponuntur aliquando quod unum est sicut mor
tuum simpliciter privat vivum hic est sicut dicit
actualem separationem sine tamen corruptionem
Cetera autem dicit ordinem ad illud tamen non
opponuntur de se sed ratione eius ad quod ordinat
quia ordinat ad actum vite et sic simul
possunt stare unde nichil sic esse cum vita possit
et ideo sic significat generatum sicut vere moritur est
anomalum nec secundum formationem aliorum participiorum
preteriti temporis sicut dicit augustinus Item
queritur de hoc quod dicit Sumebat hoc de ligno
vite quo perfecte immortalis factus cum
alimenta ultra non requireret Contra
hoc est quia est corruptibile non potest dare
incorruptionem Sed fructus illius ligni
vite erat corruptibilis aliter non posset man
ducari et digeri ergo non poterat homo prebere
perfectam immortalitatem Item aut ille
fructus convertebatur in corpus humanum
aut non Si vero non reficiebat nec suste
tabat Si sic ergo erat eidem nec cum
carne reliqua ergo videtur quod immortalitatem
prestare non poterat Respondeo dicendum quod ideo
lignum vite dicitur ab augustino potuisse pres
tare perfectam immortalitatem non quia
propria virtute posset corpus hominis facere
incorruptibile cum hoc sit solius potentie divine
Sed quia virtute sua sibi data habebat
ad hoc disponere et divina virtus illi ligno
tamquam sacramento assisteret quam immor
talitatem perficeret et quod lignum vite
hanc posset habere virtutem ut ad immortalitatem
disponeret patet in multis similibus
multa enim sunt aromata ut mirra
et balsamus que corpus hominis diu a putre
factione conservant etc. vero ratione divine vir
tutis assistentis dicitur corpus illius immor
talitatem prestare sicut hec in sacramentis
que dicuntur conferre gratiam quamvis non
ipsa gratiam creent sed divina virtus ipsis as
sistens sicut melius in quarto explicari habet
Sic in proposito intelligendum est cum lignum vite
esset primis hominibus in sacramentum sicut dicit augustinus

Sequitur distinctio vicesima

Post hoc videndum est qua
liter primi parentes et

Supra egit magister de duratione immortalitatis
in hac parte agit de procreatione posteritatis
vel aliter et in idem redit Supra egit de
conservatione in esse individui hic agit de conservatione
speciei que quidem est per filiorum procreationem dividitur
autem pars ista in partes tres in prima
declarat qualiter primi parentes filios pro
creassent in secunda declarat quales filii nascerentur
ibi Si vero queritur quales si non peccassent In
tertia epilogat breviter que predeclarata sunt
ibi Talis erat institutio hominis ante peccatum
prima pars habet duas in prima declarat de modo
generationis in secunda de tempore translationis ibi de
tempore vero temporis quo transferrentur Similiter secunda pars
principalis habet duas et prima declarat quales na
scerentur filii quantum ad corpus in secunda quales na
scerentur quantum ad animam ibi et tamen de corpore
non sit absurdum etc. aliarum partium sententia divisionis
et clementia manifesta sunt in littera

Annuntiationem huius partis que est de procreatione
liberorum in statu innocentie quedam
incidunt dubitationes Et primo queritur utrum in
statu innocentie fuisset sexuum commixtio
Secundo queritur utrum in illa commixtione
esset seminum decisio Tertio utrum in illa
seminis decisione esset delectationis intellectio
Quarto queritur utrum in illa commixtione esset
integritatis corruptio Quinto queritur utrum in
tali coitu esset prolis generatio Sexto queritur utrum
equalis esset procreatio masculorum et feminarum
multiplicatio Articulus primus

Circa primum sic proceditur et ostenditur quod si homo
stetisset facta esset sexuum commixtio
primo per textum Genesis non Faciamus homini
adiutorium simile sibi Sed vir non indigebat
adiutorio mulieris nisi quantum ad actum generandi
nec poterant aliquem simul generare nisi sibi
commiscerentur ergo etc. Item augustinus xiiii de
civitate dei sententiam huius dicit non credendas homines
non generaturos homines nisi peccassent quia ad
hoc nisi mortalitatem earum necesse fuisse peccati
ergo hic est inconveniens ponere et si homo non
peccasset vir et mulier per commixtionem
sexuum generarent Item distinctio sexuum non
est nisi propter generationem Sed in primaria sui
conditione distincti sunt in humana specie sicut in
aliis ergo si sexus distincti ad unum esse
tamen non concurrerent nisi commiscerentur
videtur quod si homo stetisset vir et mulier commixti
essent Item vir habuit virtutem generativam
Sed planum est quod perfectam naturam sic compositam
non patebat tamen nec habet locum in quo semen
vegetaretur nec viam per quam egrederetur
ergo videtur quod ad hoc quod generaret quia necessarium erat

Sibi tamen mulier commisceri et coire. Sed contra Augustinus de bono coniugali in principio: utrum si non peccassent illud esse potuerunt, constat hoc demum esse quoniam ad commixtionem sexuum. Si ergo manente statu innocentie homo non poterat mori, ergo nec mulieri poterat commisceri. Item Adam poterat deus generis humani absque multiplicatione generationis si homo mandatum sibi servasset usque in finem; ergo videtur quod si homo stetisset quod vir mulieri commisceri non haberet nec filios procrearet. Item ad hoc datur vis generativa ut que non possunt continuari in se continuentur in suo simili, sed in hoc statu in perpetuum continuari posset, ergo non videtur quod homo generaret. Item commixtio sexuum est opus carnale, sed primi parentes tunc essent spirituales, non erant dediti operibus carnis nec impediebantur a quiete contemplationis; ergo non videtur quod in tali statu haberent mulieri commisceri. Respondeo dicendum quod in statu innocentie absque dubio homo haberet generare ex commixtione, et hoc attestatur auctoritas scripture et iudicio rationis. Recte dicitur enim hominibus in statu innocentie sicut scribitur Gen. 1: crescite et multiplicamini et replete terram, et alius textus dicit mulierem in adiutorium viri esse factam. Ratio etiam recte hoc consonat, que dicit potentiam generandi spectare ad complexionem nature; ipsum vero generationis ad complementum et perfectionem civitatis superne; et quia in statu innocentie natura perfectior erat quam in statu vie, et si homo stetisset superna civitas nequaquam in multitudine civium suorum fraudata fuisset, ponendum est quod homo in statu innocentie generare potuit et genuisset; et quia nec per se vir nec per se mulier ad generationem suffecisset, ideo per commixtionem fieret commixtio unius ad alterum et mutuum sibi tribuerent auxilium in procreatione prolis ad multiplicandum, et rationes hinc inde ad hoc concedende sunt, rationes ostendentes quod si homo stetisset esset generatio et sexuum commixtio. Ad illud autem quod primo dicitur de Augustino in libro de bono coniugali, dicendum quod mors non vocatur ibi quod separatio nititur in moriendo, sed mors dicitur generaliter pro vita animali in qua sola potest fieri generatio, quia in ea solum potest fieri decisio et restauratio, et quod hec mortalis esse poterat in statu innocentie, sed non in statu glorie, ideo patet illud. Ad illud quod dicitur de verbo Damasceni dicendum quod Damascenus non vult dicere quod non esset generatio si homo stetisset, sed quod non esset per eum modum per quem nunc est, scilicet cum libidine et feditate precedente. Ipse non dicit quod deus faceret, sed quod facere posset.

Ad illud quod dicitur quod ideo data est vis generativa ut perpetuentur, contra dicendum quod illa non est ideo data primo vel precipue, et secundum fidem quam ignorabant philosophi est propter multiplicationem numeri electorum, quam deus providit et disposuit fieri successive propter congruentiam multiplicem sicut supra tractatum est, tum videlicet propter divine generationis manifestationem, tum etiam propter hominum maiorem connexionem ut magis se adinvicem diligerent, tum etiam propter universi decorem et perfectionem que non solum attenditur secundum esse permanens, immo etiam secundum esse decurrens; decursus autem in rebus irrationabilibus debet esse secundum ordinem et exigentiam ad res rationales propter quas facte sunt. Ad illud quod dicitur quod commixtio sexuum est opus carnale, dicendum quod caro duobus modis sonat: in vitium, unde propter illud Galathas 5: caro concupiscit adversus spiritum; alio modo caro dicit naturam, sicut illud ad Ephesios 5: nemo carnem suam odio habuit; et sic carnale potest dici dupliciter, vel a carne secundum quod dicit naturam vel a carne secundum quod dicit vitium; et hoc ultimo modo in primo statu sexuum commixtio non esset carnale opus, quia non esset ibi vitiositas; esset tamen opus carnale secundum quod caro sonat in naturam, et in talibus actibus esset spiritale opus quia natura et opus nunc concordarent spiritui et cetera.

Secundo queritur utrum in illa commixtione esset seminis decisio. Et quod sic videtur quia generare est de substantia sua aliquid producere, sed nemo de substantia sua aliquid producit nisi det ei partem substantie sue; tamen totum dare non possit nisi solum dat partem; partem autem non dat nisi decidendo, ergo etc. Item filius a patre et matre generatur non tamen effective sed etiam materialiter, sed quecumque aliqua duo sunt materia unius necesse est ad invicem uniri et commisceri secundum se tota vel secundum aliquid sui; illud autem in quo uniuntur non solum sunt rationes materiales sed etiam efficientes, et hoc vocatur semen; igitur si homo stetisset nichilominus generatio esset per commixtionem seminum. Item vir ex suo coitu mulierem fecundaret, sed hoc non esset nisi aliquid imprimeretur mulieri, sed constat quod non impartitur nisi quod natura illud sibi reservat (?), ergo imprimeretur alimenti superfluum, et hoc est semen; ergo fieret seminum commixtio. Item a prima sua conditione habent vir et mulier vasa susceptibilia et idonea ad huiusmodi seminarii generationem et decisionem et commixtionem, et illa sunt que sunt organa virtutis generative; ergo in generatione prolis necesse est semen descendere; ergo si homo generaret constat quod competeret nunc in statu innocentie fuisset commixtio seminum. Sed contra semen est superfluum alimenti

Ubicumque autem est superfluitas ibi est viciosi
tas sed in natura instituta non erat viciositas ergo
nec superfluitas 1ª nec humor seriarius
Item semen est superfluitas tercie digestionis
ergo si homo stetisset non esset in eo superfluitas
sic digestionis ut pote stercus et urina
ergo nec superfluitas tercie prima patet per
philosophum Secunda maior est quia ille superflui
tates inquantum sunt sine feditate et ignominia
ergo si feditas et ignominia non sunt in hoc
nisi per culpam in illo non esset in eis talis
superfluitas Item si esset in eis semen
aut esset conveniens sue complexioni aut non
Si non ergo videtur quod de eo debet vel posset
prolem generari si sic Sed natura naturaliter tenet
quod est sibi conveniens et si expellit
hoc non est per naturam sed per violenciam
Si 1ª in statu innocencie homo hominem ge
neraret non violenter sed naturaliter videtur quod in
generacione semen non emitteret Item actu
alis decisio partis a parte est via ad cor
rupcionem sed homo in statu innocencie ad cor
rupcionem non tendebat ergo generando semen
non descindebat Responsio dicendum quod tum generatio
prolis quantum est de ordine et proprietate nature
habeat fieri per commixtionem et quamvis proles
duorum sexuum in hominibus quamvis ut plus se
habent per modum materialis et efficientis ita quod
ratio materialis plus residet penes mulierem
et efficientis sive activi plus residet
penes virum unde est ad generationem aliquas
particulas tam a muliere quam a viro de
scindi in quibus esset virtus et ratio seminalis
ut corporis propagandi Et cum iste est ordo
nature non solum lapse sed institute ideo dicendum
est quod in statu innocencie et vir et mulier
per decisionem seminum generasset Ad illud
ergo quod obicitur in contrarium de seminis superfluitate
dicendum quod est superfluitas residuitatis et est
superfluitas impuritatis Superflui
tas residuitatis est in semine et hec super
fluitas utilitatem non excludit ymmo id
ipsum quod est necessarium est superfluum
scilicet necessarium speciei superfluum in individuo ne
cessarium virtuti generative sed superfluum
virtuti nutritive et hec superfluitas
non repugnat bonitati et complexioni
nature quia non sonat in vicium sed in complementum
Est et alia superfluitas impuritatis
sicut stercus et urina de fluxu reuma
et emissio sudoris et consimilia et hec est in
amplius dicta quedam vel ex debilitate
virtutis contentive et consumptive sicut
reuma et sudor et talis non fuisset in Adam
propter quod virtutes naturales in ipso erant in summo

opportunis efficaciis alia vero que vel ex
incrementi quantitate et nutrimenti puritate
et hec fuisset in Adam egestionis et
urine que sunt propter separacionem puri ab
impuro ut id quod purum et ydoneum est
assimilatur in alimentum illud vero quod
est minus ydoneum abiciatur Et cetera
licet non cum tanto fetore et feditate
sicut nunc et hoc satis indicant vasa
et foramina que sunt homini a sua prima
condicione naturaliter deputata et per hoc patet
responsio ad omnia obiecta Nam primum quod obicitur
quod ubi est superfluitas ibi est viciositas
non valet quia non habet veritatem de super
fluitate residuitatis qualis est superfluitas
seminis Secundum autem quod obicitur quod superfluitas
sic digestionis est cum feditate et ita cum
penalitate Similiter non valet quia egestionis
illa separatio puri ab impuro sit in nobis
cum feditate in ipsis esset sine fetoris
angustia corone in attestationem virtutis po
tentie et puritatis nutritive Quod
tertium non multum cogit quod semen cum sit
superfluum nutritive est preter conveniens
et non convenit cum natura ut salvans
ipsam in se sed ut salvans eam in alio
et ideo natura non appetit illud sibi retinere
sed in altero transfundere et quamvis non
conveniat nature conservantis in se ut sic
convenit tamen nature generantis Quod ultimum
non cogit quod dicit quod decisio est via
ad corruptionem hoc enim locum habet ubi est deci
sio partis integre cum quadam violentia
et ubi est decisio sine restauratione
hec autem non est in seminis decisione sicut
dictum est et ita omnia obiecta non solum
per distinctionem primum factam et alia plu
rima que adhuc possunt adduci

Tercio queritur utrum in ista seminis emissione
esset delectationis intensio et quod sic
videtur natura bene condita desiderat superfluum
emittere ergo melius condita magis desiderat
illud emittere Sed natura instituta multo
melius erat condita quam natura lapsa ergo vis
generativa multo magis desiderat semen
emittere quod est superfluum Sed ubi
maius est desiderium ibi in complecione
multo maior est delectatio in seminis
decisione multo maior esset delecta
tionis intensio quam sit modo Item
delectatio est ex coniunctione convenient
tis convenienti et sensu eius et ideo dicit
naturalis delectationem esse in coitu propter
tactum humoris per locum nervosum
in quo maxime viget sensus Si ergo tales

tunc erat conveniencia vel maior quam sit modo
et ideo tunc ingerebat quam modo probatur quod in seminis
decisione maior tunc fuisset quam nunc esset de
lectationis intensio Item unaqueque virtus
cognoscitiva delectatur in facilitate et com
plemento sue operationis sic perfectio eius est ergo quanto
maior esset completio et facilitas tanto maior
esset delectatio Sed vis generativa in qua virtus
illa tactus facilius et completius exiisset tunc
in actum suum quam nunc ergo maior esset ibi delec
tationis intensio Item oculus adhuc plus
delectatur in aspectu lucis et auditus
in auditu cantus sonori quam aspectus vel au
ditus hominis lapsi ergo pari ratione in gustu
et tactu apposito sibi convenienti multo
plus haberet delectationem ergo cum cognovisset uxorem
vel cum comedisset maiorem delectationem habuis
set Sed contra augustinus de civitate dei dicit quod si homo non
peccasset sic membra genitalia appli
carentur ad invicem sicut modo applicatur
manus ori Sed in applicatione manus ad os
modica aut nulla habetur actu delectatio
ergo pari ratione probatur quod nec in contactu illorum
membrorum Item si tanta esset delectationis
intensio tunc quanta nunc est cum modo sit
inordinata in actu generandi propter intensionem
delectationis tunc fuisset generativa deor
dinata ergo non esset generativa instituta sed
destituta Item si in actu illo nature stante esset
delectationis intensio cum fortificata vna
virtute minuatur vis alterius probatur quod sic nunc
in illo opere absorberetur usus rationis ita et
tunc Sed hic non potest esse sine hominis subversione
ergo non esset natura ordinata sed inordinata et
submersa Item si tanta tunc esset delectatio
in pueritia et commixtione sexuum quanta est nunc
ergo similiter tanta esset appetitus in absentia quanta
est nunc Sed vehementia desiderii et appe
titus excitat pruritum et pruritus et ve
hementia facit in membra illa molestiam rationi
et repugnantiam ergo in statu lapsionis esset
pugna et contrarietas quod est contra dictum sanctorum
et contra fidem simul. Item restat ergo quod in statu
nature institute in sexuum commixtione non
erat delectatio intensa Responsio intelligendum est
So duplicem modum esse dicendi Quidam enim dicere
voluerunt quod tanta vel maior delectatio
tunc erat quam nunc et tamen non erat immo
derata tamen erat propter naturalis virtutis
imperfectionem immoderata vero erat propter in
ferioris virtutis subiectionem Ratio enim dominabatur
illi delectationi et eam deferebat in suum
finem et sic non absorbebatur nec erat
ibi repugnantia et per hoc valuit solucio ad

Est et alius modus dicendi qui consonat verbis
augustini et probabilitati rationis scilicet quod in decisione
seminum et commixtione sexuum in statu nature institute
aliqua fuisset delectatio moderata tamen
et mensurata secundum quod exigebat habitus rationis
et secundum quod eam volebat recipere habitus rationis et
ideo non erat tanta quanta est modo nunc
enim quia virtus illa maxime exivit rationis
imperium dum ratio amisit originalis iustitie
vinculum et retinaculum per quod imperabat
viribus inferioribus ideo laxatis sibi
habenis toto impetu et conatu se precipitat
in delectabile sibi oblatum non propter
intensionem virtutis motive Sed propter de
fectum virtutis retardantis sicut equus
lascivus rupto freno velocius currit et
impetuosius quam cum infrenatur et detinetur
a suo sessore licet non habeat maiorem virtutem
et in proposito intendimus esse sic habere et hoc est
quod dicit augustinus de civitate dei Nuptie ille digne
felicitate paradisi si peccatum non fuisset et di
spiritum temptari a carnali appetitu. Item temptacio dyaboli non est aliud quam suggestio eius, sed sicut dyabolus suggerit homini mala, ita et carnis prudencia que est deo inimica; ergo si dyabolus dicitur temptare cum suggerit mala, et eadem racione et caro cum spiritum trahit ad carnalia. Item dyabolus impugnat nos temptando, nec est aliud temptacio eius quam eius impugnacio, sed sicut impugnamur a dyabolo ita et a carne impugnamur et impellimur; ergo videtur quod sicut temptamur a dyabolo ita videtur et proprie a carne temptemur. Sed contra Hugo de Sancto Victore: temptare est callidi experiri et quibusdam blandis conatibus probare, sed experimentum sumere sic est proprie racionalis; ergo non videtur esse carnis. Item temptans differt a temptato, nullus enim temptat se ipsum, sed qui temptatur est homo carnalis. Similiter homo carnalis a carne sua non differt per substanciam; videtur quod nullus homo temptetur a carne sua nec ab alia constat; ergo nulla caro temptat. Item persuasio ordinata ad decipiendum pocius est sophisticacio quam temptacio, temptacio enim est persuasio ordinata ad sumendum experimentum, sed caro viciosa directe inclinat ad malum et sua inclinacione seducit spiritum; ergo carnis impulsio pocius debet dici sophisticacio quam temptacio. Item quandocumque aliquibus actus de aliquibus sermo dicitur, dicitur secundum aliud quod sicut deus recipit. Sed deus temptare dicitur in scriptura et dyabolus et homo et caro; ergo secundum aliquid commune debet dici. Sed caro non videtur aliquid communicare in aliquo cum deo et spiritu angelico; ergo videtur quod ei non possit competere temptacio. Aut si competat, sicut eius est nomen et secundum alium modum dicendi, et si est, tunc est quod secundum quem modum et qualiter et quare illa impulsio carnis temptacio appellatur. Responsio: dicendum quod hoc vocabulum temptare multas habet accepciones, sicut dicunt illi qui significatos vocabulorum studiose rimati sunt. Si tamen volumus eius principalem et precipuam significacionem accipere, temptare probare est; unde temptacio dicitur per quemdam tactus quo illud quod tangitur probatur, sicut cecus dicitur temptare qui suo tactu vult aliquam certitudinem habere de aliqua re quam tangit. Per similem modum in spiritualibus dicuntur quidam tactus ad probandum ordinati. Hoc autem potest esse quadrupliciter: quod aut ille qui pulsat intendit probare et approbare sine

probatum ostendere, et hoc modo temptavit deus, unde dicitur Sap. iii: Deus temptavit illos et invenit eos dignos se. Aut ille qui pulsat intendit probare et approbare sine reprobum facere, et sic temptat dyabolus, secundum quod dicitur Act. v: Cur temptavit dyabolus cor tuum mentiri spiritui sancto. Aut quod ille qui pulsat intendit solum probare et experimentum sumere de eo quod est in homine, et sic temptat homo cautus, et de hoc Eccli. xxxi: ex multa loquela temptabit te et subridens interrogabit te de absconditis tuis. Aut quod et si pulsans nichil intendit, ad eius tamen pulsacionem sequitur approbacio sive reprobacio hominis, et sic temptat caro vel carnalis concupiscencia, Jacobi i: Unusquisque temptatur a concupiscencia sua abstractus et illectus. A carne enim sive a carnis concupiscencia homo pulsatur et quia tangitur, cum tactum sive pulsacionem si consenciat probatur et reprobatur, et sic recte et proprie carnis impulsio temptacio dici potest. Unde raciones hec ostendentes concedende sunt. Ad illud quod obicitur in contrarium quod temptare est experiri, dicendum quod illa racio ab Hugone non assignatur nisi proprie de temptacione dyaboli. Si quis tamen velit generaliter intelligere, cum ut se extendat ad eam temptacionem que ad malum inclinat, tunc dicemus quod intelligitur per causam, ut sit sensus quod per temptacionem fit experiencia et probacio utrum homo dignus sit approbari vel reprobari, et hoc tamen non fit a dyabolo sed etiam a carne. Si autem velit dicere hoc esse verum de temptacione, dicemus quod nomine carnis non intelligitur corpus solum sed homo carnalis, et eo ipso homo quod carnalis est et ad carnem conversus seipsum temptat, sed quod spiritualis est et divine legi subiectus. Ad illud quod obicitur quod temptans differt a temptato secundum substanciam, dicendum quod sicut iudicare et iudicari sunt actus diversarum personarum, nichilominus tamen eadem persona secundum aliam et aliam sui porcionem potest se ipsam iudicare, sicut se ipsum quis iudicat et superior porcio iudicat inferiorem. Sic eciam intelligendum quod spiritualis racio sensualitatis potest temptare, unde sic homo exterior interiorem, et ita cum caro temptat spiritum non idem temptatur a se sed alius ab alio, illa tamen reperiuntur in eadem persona. Ad illud quod obicitur quod persuasio ordinata ad decipiendum pocius est sophisticacio quam temptacio, dici potest quod temptacio large dicta comprehendit et sophisticaciones et

temptacionem [illegible] deceptionem zophistica enim persua
sione potest homo de alio exprimitur sumere et in
non vero illa obiectio quod temptacio sumitur quod hic accipitur
contra deceptionem et zophisticacionem non dividitur
aliter tamen potest dici quod temptacionis nomen trans
latum est a temptacione manuali in qua est quedam
palpacio sumitur quod actus dicitur temptare quod attem
tacionem illa que est in locucionibus per quem
modum dividitur contra zophisticacionem ut
dicatur aliud sumitur zophisticus aliud tem
tativus ad ultimum patet dicendo ex predictis
aliud enim tamen reperitur in actibus illius de
quibus dicitur actus temptandi inde tactu
quodam pulsare adque consequitur pulsativo
et sic prius explanatum est

Secundo queritur utrum contingat temptacionem
carnis a temptacione diaboli separare et
quod sic videtur circumstantiis dividuntur ex opposito,
unum potest esse sine altero sine separari ab alte
Sed temptacio carnis dividitur contra temptacionem
hostis ergo et cetera Item diabolus temptavit hominem
primum et temptavit Christum sed nec caro Christi
nec caro hominis primi ad malum impelle
bat ergo non erat a carne temptabatur licet omni
temptaretur ad malo temptacio que est ad malo
separatur a temptacione que est a carne Item
esto quod diabolus numquam nobis nulla suggeret
nichilominus sicut [illegible] ab adolescencia prona erunt
ad malum ergo omni temptacione diaboli circa id
scripta adhuc homo temptatur a carne propria
Item aliud est inquinamentum carnis aliud
est inquinamentum spiritus Sed diabolus in
pellit ad peccata spiritualia caro vero ad peccata
carnalia ergo cum peccatum carnale possit esse
sine spirituali et econverso videtur quod temptacio carnis
sequestrari habeat a temptacione diaboli Item
quecumque duo sic se habent quod in uno contingit
mereri et in alio demereri illa contingit
abinvicem separari sed temptacio hostis est materia
ostendende virtutis temptacio vero carnis semper
est a culpa vel cum culpa sicut dicit magister
in littera ergo una istarum sequestrari habet ab alia
Item temptacio carnis et hostis differunt,
sicut dicit magister in littera sicut temptacio interior
et exterior sed quod est exterius sequestrari
habet ab eo quod est interius ergo et temptacio
carnis ab ea que est a diabolo Contra sicut dictum est
quod temptacio que est ab hoste est ita interior
sicut temptacio que est a carne per hoc non
effugitur quia cum deus fidelis non permittit
hominem temptari supra id quod possit
et alterius modorum illorum ad expediendum sufficit
tiat nec homo sit possit esse interior contra diversa

videtur quod alio et alio sic fiat circa nos tem
tacio carnis et temptacio diaboli Sed contra
quod temptacio carnis non habeat esse sine temp
tacione hostis videtur super illud psalmi converte
a malo et fac bonum glossa. Sicut mala omnia
ab instinctu diaboli procedunt sicut bona
ab instinctu dei ergo nullum peccatum fit in
quo diabolus non interponat partes suas
Sed igitur temptacio carnis via est ad peccatum
videtur quod non possit esse sine temptacione diaboli
Item motus instrumenti non est sine motu
principalis motoris sed caro est sicut instrumentum
in temptando respectu diaboli sicut dicitur super Iob
Iob xvi terra data est in manus impii
id est caro data est in manum diaboli ergo ti
tillacio carnis non est absque impulsione diaboli
Sed igitur hec est temptacio patet et cetera Item et si
non potest ponere primum malum quod non sit a diabolo
est tamen ponere malum quod est inicium omnis
mali sicut dicitur Ecclesiastici x inicium peccati superbia
Sed diabolus rex est super omnes filios superbie
et pater omnis mendacii videtur quod nullum sit
peccatum quod aliquo modo procedat absque
et ita ad nullum malum impellit caro absque
diabolo ergo temptacio carnis non separatur a tem
tacione hostis Item quod temptacio hostis
non separetur a temptacione carnis simul
ostenditur Galatas v manifesta sunt opera carnis
que sunt fornicacio adulterium contenciones
emulaciones ire et rixe et invidie ubi in
merantur peccata carnalia et spiritualia
ergo videtur quod omnia peccata procedunt a carne licet
ad nullum malum inclinat temptacio hostis
absque temptacione carnis Item quid differt
a corporalibus ad spiritualia Sed in corporalibus
in prole est aliquid generatum a patre absque
matre ergo nec in spiritualibus Sed pater omnis
peccati dicitur esse diabolus mater vero caro sine
concupiscencia ergo et cetera prima propositio patet Sed manu
festetur per illud quod dicitur Ezechielis xvi pater tuus
amoreus et mater tua cethea pater amo
reum vero intelligitur diabolus et cetheam vero intelligitur
concupiscencia et expresse dicit Gregorius super
Iob xix concupiscencia est mater omnis peccati
et diabolus pater ergo et cetera Item diabolus non potest
temptare hominem [illegible] augustinum nisi malum
spiritum sed solum carnis quietum ergo videtur quod aliud
non habeat ad intrandum nisi per carnem ergo absque
carne non temptat ergo non convertit temptacionem carnis
a temptacione diaboli separari Respondeo Dicendum quod cum 60
dicimus temptacionem esse a carne vel ab ipso
ste hoc dupliciter potest intelligi aut sicut a
movente proximo aut sicut a movente remoto

immediato. Si autem sicut a movente pro
sic temptacio carnis magis potest esse absque
temptacione hostis, quia omnis temptacio carnis
est ex eius corde, que ortum habet a prima
hostis temptacione; temptacio tamen hostis esse
potest absque temptacione carnis, tunc potissime
quando is temptatur in quo non est carnis corrupcio,
sicut fuit in Adam et in Christo, vel quando
ex illa temptacione nulla oritur inclinacio.
Quando vero temptacio hostis ad peccatum protrahit,
tamen nullum peccatum fit in nobis quod non
habeat ortum ex concupiscencia aliqua. Sicut
temptacio dyaboli non potest a temptacione car-
nis separari, sicut prius inducitur. Et si quod tem-
ptacio dicitur esse a carne vel ab hoste tanquam
a movente primo. Si autem sic dicatur
esse tamquam a movente proximo et propinquo,
sicut accipit magister in littera per sequestracionem
et distanciam formalem et distanciam temporalem;
distancia formali quia alio modo temptat
caro, alio dyabolus, et ad aliud vicium
impellit iste et aliud illa, et per consequens primum
movens est aliud et aliud; sequestracione
etiam distancia temporali, quia aliquando vexat
dyabolus et instigat ad hoc vicium ad quod
non inclinat caro, et aliquando e converso; et sic isto
ultimo modo accidit [illegible] temptacionem carnis
et temptacionem hostis, ut accipit magister in
[illegible] concedendo [illegible] ad minus separari,
ut non solum inter unam et alteram sit diversitas
secundum causam, [illegible] una posset esse sine alia [illegible]
[illegible] ad illud quod
primo dicitur in contrarium quod omne malum est ab in-
stinctu dyaboli, intelligendum est sicut a movente
primo, non autem sicut a movente proximo,
nam absente dyabolo peccatum potest esse a libero
arbitrio vel propria voluntate vel a trahen-
te concupiscencia carnis. Ad illud quod dicitur quod
caro movet sicut instrumentum, dicendum quod hoc
verum est quando dyabolus vexat carnem et ve-
xando carnem vexat spiritum; et tunc tem-
ptacio carnis et dyaboli non possunt innui,
quia tamen carne mediante sensualitate spiritui
commixta spiritum nititur ad malum inclinare
etiam dyabolo non movente, et tunc non mo-
vet sicut instrumentum, sed sicut movens primum,
et hoc modo habet sequestrari a temptacione
dyaboli. Ad illud quod dicitur quod peccatum dyaboli
est initium omnis mali, dicendum quod hic non est
intelligendum quod sit principium immediatum
respectu cuiuslibet peccati, sed quia ante peccatum eius non
fuit aliud et ipsum fuit initium illius pec-
cati originalis ex quo est inclinacio ad malum
omne. Ad illud quod dicitur quod alia peccata

sunt a carne, dicendum quod caro sumitur ibi lar-
ge pro omni concupiscencia que inhesit ani-
me ex coniunctione sui ad carnem; et sic nomine
carnis intelligitur concupiscencia que est mater omnium
malorum, et sine hac dyabolus non generaret
in nobis aliquod peccatum. Et per hoc patet responsio
ad sequentes obiectiones, et de generacione spiritualium
accipitur enim ibi caro et concupiscencia large
sicut ostensum est. Et ille tamen non sequitur
quod temptacio dyaboli non possit esse absque
temptacione carnis; non enim omnis temptacio
dyaboli est peccatum, quia frequenter enim temptat
ita quod nulla sequitur culpa. Ad illud
quod dicitur quod non temptat nisi hominem car-
nalem, dicendum quod hoc non est, quia temptacio
dyaboli dependet a temptacione carnis, sed
quia non potest aliquem temptare nisi qui
habet vertibilitatem liberi arbitrii et est in statu
merendi vel demerendi in quo potest
seduci; et hec solum est quando spiritus noster
est coniunctus carni mortali, ex quo sequitur
tamen quod non concluditur quod caro in temptacione
dyaboli fit causa propria, sed solum causa sine qua non.

Tercio queritur cui istarum temptacionum
sit difficilius resistere; et quod tem-
ptacioni carnis videtur per illud quod dicit
magister in littera: temptacio carnis maior,
difficilius vincitur, quia internis oppugnatis
de intus contra nos roboratur. Sed illi tem-
ptacioni difficilius est resistere quam diffi-
cilius est vincere; ergo etc. Item Boecius:
nulla pestis efficacior ad nocendum quam familiaris
inimicus. Sed inimicus carnis carnis est
multo familiarior quam dyabolus, ergo eius tem-
ptacio crudelior et periculosior ac per hoc
ad vincendum difficilior. Item quanto
temptacio est ad nocendum efficacior tanto
difficilius est resistere temptacioni. Sed tem-
ptacio carnis efficacior est ad nocendum
quam temptacio hostis, quia cum temptacio hostis
fit ex parte [illegible] virtutis, [illegible] temptacio
carnis magis est sine culpa. Item tanto
difficilius resistere est alicui persuasioni
quanto ille qui persuadet magis amicus;
sed homo multum diligit carnem et inimicum
odit dyabolum, ergo multo difficilius est
ei resistere impulsioni carnis quam sug-
gestioni dyaboli sine temptacionibus.
Contra: quanto impugnans est for-
cior, tanto eius impugnacioni diffi-
cilius resistitur; sed dyabolus est hostis
fortissimus, sicut dicitur Iob XLI: non est
potestas super terram que ei possit
comparari; ergo difficilius est eius impugnacioni

sive temptationi resistere quam ei temptationi
que est ex carne. Item quanto temptans
est versucior et callidior tanto difficilius
est laqueos et cautelas eius evadere. Sed dy
abolus est versutissimus. Ergo difficilius est
temptationi eius sive illaqueationi resi
stere quam temptationi carnis. Item quanto
inimicus est occultior tanto minus ho
mo potest eius impetum declinare. Sed demon est
hostis spiritualis et occultus caro vero hostis
est manifestus. Ergo temptatio sive insultus demonis
maioris est periculi quam temptatio car
nis, maiori igitur difficultate ei resistitur.
Item facilius superatur quod est in nostra potestate
quam quod non est in nostra potestate. Sed caro
in nostra potestate, nam ipsam possumus mor
tificare et cibis et vigiliis et contemptibus cruci
figere, demonem vero minime. Ergo multo faci
lius est resistere eius temptationi quam tempta
tioni demonis. Item spiritus magis adheret
bono proprio quam bono carnis sive bono
inferiori quam bono exteriori. Si demon sug
gerit et inclinat ad bonum interius
dum temptat de peccatis spiritualibus, caro
vero ad bonum exterius dum temptat
de peccatis carnalibus. Ergo difficilius
punit ~~repellitur~~ quod est maioris adherentie
difficilius repellitur temptatio hominis
que est de peccato spirituali quam temptatio carnis
que est de peccato carnali. Item difficilius
est resistere violentiis quam blanditiis quia
violentia de sua ratione importat impos
sibilitatem sive difficultatem resistendi.
Sed demon temptat violentando sicut dicit
Hugo. Caro autem temptat blandiendo.
Ergo difficilius superatur demon quam superatur caro.
60 Ad predictorum intellectum est notandum
quod tu queris cui temptationi sit facilius
resistere utrum temptationi carnis vel
hostis. Dupliciter potest intelligi aut respectu eiusdem
peccati aut respectu alterius. Si respectu eiusdem peccati
ut puta peccati carnalis ad quod instigat
caro instigat et demon tunc dicendum est
quod temptatio carnis est difficilior propter
connexionem carnis ad spiritum aliquam
magis quam inveniat et sic nititur magis
in bona et res desiderat ad potentiam ut tum in
dicitur. Si autem ipse instigatur fieri respectu
diversorum peccatorum ut puta temptatio carnis
instigatur respectu carnalium et temptatio ho
stis respectu peccatorum spiritualium sic si sint ut
ex credentia et ex tessera, quidam enim
homines sunt qui magis proni sunt
ad peccata carnalia ut puta ad luxuriam,

quidam ad superbiam et his difficilius est
resistere temptationi carnis quam tem
tationi hostis. Quidam autem sunt qui per
mores sunt ad peccata spiritualia quam ad car
nalia ut puta illi qui magis desiderant
honores quam voluptates et hiis diffici
lius est resistere temptationi hostis quam carnis.
Si quis autem sit indifferens ad utrumque
et equaliter pronus quantum ad se tunc enim
temptatio carnis quodammodo est difficilior
quodammodo temptatio hostis. Temptatio carnis
erit difficilior propter maiorem et magis
intrinsecam et magis continuam adherentiam.
Temptatio vero hostis difficilior propter ma
iorem boni promissi apparentiam
et propter latentiorem instigantis flammam.
Sicut enim Gregorius in moralibus ostendit quod
hostis antiquus multa sunt vitia que
veritatem palliat sub specie virtutum.
Si autem queratur que harum temptationum sit
ad vincendum difficilior, si respectu eiusdem
peccati intelligatur, responsum est quod temptatio
carnis si respectu diversorum sic si sint sicut ex
credentia et ex tessera sicut dictum est
et sicut procedunt ratio ad utramque par
tem. Si autem queratur que magis ex tenat
alteram, dicendum quod tu dicis caro corrumpit
viam suam et hostes ex maiori parte
~~expectantes~~ sunt carnales et desideriis
carnis obsequuntur quod difficilius est
resistere temptationi carnis quam hostis
ad rationes illas que obiciuntur in oppositum.
Quia hostis ille est fortior et astutior
et occultior facilior est evadere quod non permittitur
temptare secundum totam suam potentiam
et astutiam, immo reprimitur potestate divina.
Ad aliud vero quod dicitur quod caro est in nostra potestate
dicendum quod si in nostra potestate sit secundum ordinem
nature tamen propter perversitatem concupiscentie
in multis et regnat ancilla et fit
domina et nimius amor carnis facit
ventrem esse deum hominis et ideo non
est in nostra potestate quousque liberemur
de peccato corporis huius adiuvante gratia domini
per Ihesum Christum dominum nostrum. Nam tanta enim est vis
amoris ut amantem amato quodammodo sic
iungat unum et si filius sit in potestate patris
non tamen est facile prodere vel affligere
filium sed valde difficile sicut in proposito
intellectus est quod nemo umquam carnem suam
odio habuit sed nutrit et fovet eam. Ad id
quod dicitur quod bonum interius magis adheret
dicendum quod et si magis adhereat spiri
tui quod spiritus est non tamen adheret magis sibi

carnalis e illum aut fere omnes homines sunt
carnales nec permanet spiritus dei in homine
quia caro est ad illud quod dicitur quod caro sunt
temptant violentius dicendum quod nulli infert
violentiam simpliciter violentare est dicitur quo
dammodo per aliquam immissione tribulacionum
que non ita movent affectum sicut carnis
incitamenta nisi caro ibi interponat par
tes suas

Consequenter queritur ad 3m articulum
que de quantitate peccati primorum
parentum et circa hoc queruntur tria primo
queritur utrum primum peccatum potuit esse veniale
Secundo queritur utrum fuit remediabile sive
remissibile Tercio queritur utrum ceteris gravius
peccatum fuerit magis grave

Circa primum sic proceditur et queritur utrum primum
peccatum hominis fuerit vel esse potuit
peccatum veniale et quod sic videtur In egres
su a rectitudine primus circuitur aliquis par
va obliquitate quam magna Sed magna
obliquitas est culpa mortalis et parva
est culpa venialis ergo cum cecidit a statu
rectitudinis innocentie per veniale transiit
ad mortale ergo primus peccavit venialiter
quam mortaliter Item consensum sive electionem precedit
affectus nichil enim eligimus nisi
illud primus appetamus ergo ante consensum
primum hominis precessit appetitus Sed ille
appetitus erat ad illicitum ergo erat peccatum
sed non mortale quia nil est mortale ante consensum
ergo veniale primus ergo peccavit peccato
veniali quam peccato mortali Item contingit
aliquid diligere inordinate supra deum
contingit etiam aliquid diligere ordinate
et sub deo Sed inter hec duo cadit medium
videlicet aliquid diligere sub deo sed inordinate
sed ergo ab extremo ad extremum pervenit per
medium primus aliquid dilexit homo inordi
nate aliquid sub deo quam supra deum
sed primum est mortale secundum veniale ergo etc.
Si tu dicas quod homo in primo statu exsistens
non potuit peccare venialiter Contra ergo esse
primum quod verbum ociosum est peccatum veniale quod
est de genere suo cum non sit contra mandatum
Sed adam poterat verbum ociosum dicere et cum
uxore sua iocari ergo poterat in statu
illo peccare venialiter Item quod potest in
magno peccato et minori quod est ordinatum ad id
Sed adam poterat peccare mortaliter
Sed peccatum mortale est maius quam veniale
cum igitur adam primo potuit peccare mor
taliter potuit post potuit peccare venialiter

Item est ponere statum in quo non potest quis
peccare venialiter nec mortaliter ut potest
statum viatoris et statum in quo contingit
peccare mortaliter et non venialiter sicut
statum angeli lapsi ergo erat ponere statum
in quo contingeret peccare venialiter
et non mortaliter Sed talis non est status nisi in-
stituti ergo etc. Sed contra peccatum veniale ideo
veniale est propter impulsionem et permixtionem
quod fuit sicut ad illud sed primus homo nullum habe
bat impulsum ergo non potuit primo committere
veniale peccatum Item in primo homine nullus erat
motus brutalis sed omnis erat secundum deliberationem
rationis Sed peccatum committere cum deliberatione
rationis ubi nulla est permixtio non potest
esse nisi mortale ergo etc. Item rectitudo
adeo ordinata est sicut et anima ipsi ipsam
figuraret ordinem sic adeo nichil ei resistebat ei
imperium ergo impossibile fuit hominem peccare
nisi primus adeo se averteret sed hoc est
mortale Item angelus propter dignitatem
sui status non solum peccavit mortaliter
sed etiam irremediabiliter ergo si status innocen
tie excedebat statum miserie in magna
excellentia videtur quod illud quod in nobis est
modo modicum et leve in statu illo esset
magnum et grave nulla igitur essent ibi
levia et minuta peccata sed omnia essent
gravia et mortalia Item omne peccatum
aufert innocentiam Sed quod auferebat
homini innocentiam auferebat immortali
tatem et quod auferebat immortali
tatem inferebat mortem et quod infe
rebat mortem erat mortale ergo a primo
nullum peccatum poterat esse in homine
primo quod non poterat esse mortale
Item si adam primo commisisset veniale
quero utrum potuisset penitere aut non
Si non ergo fuisset irremissibile Si sic
ergo per veniale peccatum demeruisset pas-
sibilis factus esset et si passibilis ergo
et mortalis cum in eo causa esset pas-
sibilitatis et mortalitatis ergo
necesse fuit quod primum peccatum primi hominis
vel esse mortale vel esse irremissibile
vel quod aliud esset veniale et inferret
mortem que duo simul stare non poterant
Solutio ad predictorum intelligentiam est
notandum quod circa hoc duplex sunt
a primo dicendum cum dixerunt quod adam
primo peccato peccavit mortaliter
potuisset tamen peccare venialiter vo-
tis olim genere venialis quadam

veniale quod est ex genere actus veniale sicut dicere verbum ociosum et mendacium iocosum vel exire in risum dissolutum et hoc est veniale non solum quia preuenit rationis iudicium sed etiam cum subsequitur et hoc peccato dicunt adam primo peccare ~~debuisse~~ potuisse. Est aliud genus peccati venialis quod dicitur veniale a veniendo quia venit ex sui reputatione et paruitate vel corrupte et hoc preuenit et non subsequitur iudicium rationis et tali peccato dixerunt adam peccare non potuisse quia ordine originalis iusticie quo inferior pars ita subiectabatur superiori quod nichil appeteret absque eius imperio et dictamine et hec positio satis fuit probabilis verumtamen communiter non approbatur communiter doctores theologie nam improbabilitatem habet si quis attendat ad perfectionem status et reliquam rectitudinis in qua erat a qua etiam cum nullus haberet impedientem exire non poterat nisi contemnendo diuinam iusticiam et sequendo suam innocentiam et corrumpendo naturam suam que omnia faciunt primam culpam ade non venialem sed mortalem nec aliter esse potuisse et ideo est communis opinio quam hoc approbant doctores quod adam in statu innocentie primo peccato peccauit mortaliter nec primum eius peccatum veniale esse potuit verum concedendo sunt rationes hec ordinentes ad illud quod dicitur quod primus est peruenire ad paruam obliquitatem quam ad magnam dicendum quod verum est ubi paulatina curuitas est et per successionem ubi autem paruus fuit fractio quam curuatio vel si curuatio dicitur post incepit in consensu qui fuit mortale peccatum et ita in rectitudine et illa obliquitatem non incidit medium et sicut queras verum hic dico quod hic non fuit aliqua immediata oppositio rectitudinis ad peccatum mortale sed quoniam tali subiecto erit per se quod oportebat vel sanum vel mortuum esse ad illud quod dicitur quod appetitus precedit consensum dicendum quod verum est sed appetitus qui precessit consensum post parentum non fuit libidinosus sed naturalis. Ex tunc autem incepit esse libidinosus quando voluntas deliberatiua accessit et tunc incepit esse mortalis et ita non incepit esse peccatum quod esset mortale ad illud quod dicitur quod medium est inter diligere ordinate sub deo et inordinate supra deum dicendum quod et si sit medium comparando statum

ad statum simpliciter comparando tamen ad hominem illum non cadebat medium secundo autem hoc erat propter magnam proximitatem adam ad deum qua nichil poterat inordinate diligere quin propter hoc deo minus ~~[illegible]~~ faceret ac propter hoc supra deum diligeret ad aliud quod dicitur quod poterat dicere verbum ociosum quod est veniale dicendum quod verbum ociosum fuisset ei mortale propter statum perfectionem verum quod dicitur aliud peccatum esse veniale generaliter siue de genere sui actus hic intelligendum est de homine lapso ad aliud quod dicitur quod potest in maius potest in minus dicendum quod illud non est sic verum quia non est homines potestas aliquid ordinata ita ad minus sicut ad maius verum maius est hominem mori quam febricitare facilius tamen potest aliquis alium inferre mortem quam febrem. Sicut et homo primus citius potuit occidere quam debilitare id est primus mortaliter quam venialiter peccare ad illud quod dicitur quod congruus status esse deberet in quo possit tantum venialiter peccari dicendum quod ille status nullo conuenit esse. Quod enim ad peccatum sit veniale aliquid hoc est propter magnam paruitatem quam habet ad peccandum et difficultatem quam habet ad satisfaciendum et ubi hoc sit est facultas ad mortale et ita inconueniens est ponere statum in quo peccaretur venialiter in quo non posset peccari mortaliter est tamen ergo ponere statum in quo scilicet quis peccare mortaliter et non venialiter propter defectum pene. Hungi autem est status demonum

Secundo queritur utrum peccatum quod post tentationem est ex temtatione illa fuit remissibile vel irremissibile. Et quod irremissibile est propter aug. de mirabilibus sacre scripture loquens de angelo dixit quod resurgere non potuit quia de sublimissimo statu cecidit sed homo cecidit de nobilissimo gradu in statu quem potuit habere in via ergo si non potuit resurgere demon pari ratione nec homo. Item peccatum ad nullam habet inclinationem nullam habet excusationem et quod omnino caret excusatione non est dignum remissione sed peccatum quod omnino ineptum est ad remissionem est irremissibile ergo peccatum illud est irremissibile quod fit sine aliqua inclinatione sed tale fuit peccatum quod commissum est ex prima temtatione ergo et cetera. Item moribus quantitatem habet in fine in tabulis

quia omnis sanitatem et per eam sanitatis omnem
expellit. Sed peccatum quod commissum est primaria
temptacione subsecutum est totam naturam
humanam infecit ut dictum est quod non fuit in me-
dicabilibus incurabilibus. Item Adam antequam
peccaret non solum habuit naturalia sed etiam
gratuita sicut ostenditur et est communiter
glosa Luce x ubi dicitur quod homo vulneratus fuit
in naturalibus et spoliatus in gratuitis;
angelus vero non habuit gratuita sed solum
naturalia sicut ostensum est supra. Ergo maiorem
corrupcionem fecit peccatum hominis in homine
quam peccatum angeli in angelo. Sed peccatum
quod magis corrumpit minus est aptum sanari,
ergo si peccatum fuit irremissibile multo fortius
peccatum hominis. Contra prima est via ad
veniendum ad veniam sed primus parens
postquam peccavit potuit penitere quia patet quod
doluit et penituit ergo potuit veniam
et misericordiam invenire ergo peccatum eius fuit
remissibile. Item dignum est ut qui
ab alio deiectus est ab alio adiuvetur
sed homo cum peccavit a temptante deie-
ctus est ergo decuit ipsum habere presidium
et adiutorium ad resurgendum. Sed illo
habito peccatum hominis est remissibile.
Item peccatum primi hominis totam naturam
humanam infecit si ergo irremissibile
esset tota humana natura dampnata fuisset
ergo divina providencia et disposicio
que hominem fecerat propter beatitudinem
fuisset frustrata et ita esset vana.
Item non est maioris stabilitatis cul-
pa quam gracia nec demeritum quam meritum
ergo si culpa Ade fuisset irremissibilis
gracia precedens fuisset amissibilis ergo
si graciam potuit ammittere pari racione
a culpa potuit resurgere. Questio
est ergo propter quid fuit remissibile peccatum primum
60 non angelicum. Respondeo dicendum quod primum peccatum
hominis quod ex temptacione diaboli sub-
secutum est remissibile fuit et si conside-
ratio huius dicendum quod ex tribus conditionibus
una per sufficienciam racio colligitur remi-
ssibile namque fuit peccatum primi hominis
quia erat in carne mortalis, quia in volunta-
te vertibilis, quia in transgressione excusa-
bilis. Carnis mortalitas faciebat re-
missibilitatem; potuit enim divina iusticia
severitatem et equitatem sui iudicii
in homine exercere preter eternam dampnacionem
in hoc quod hominem peccatorem morti tradidit
et hominis innocentis mortem pro

satisfactione suscepit et sic exercetur
in homine severitatis vindicta pro culpa
perpetrata ut quemadmodum homo voluntarie
peccando deum deseruerat et seipsum
morte culpe occiderat sic spiritus invi-
tus corpus desereret et mors exigatur
in pena sicut commissa fuerat in culpa.
Angelus autem propter naturam inmortalis
erat nec mori poterat nisi morte
eterna et ideo non erat alia via exercendi
in ipsum iusticie severitatem nisi per
mortem dampnacionis eterne et sic
carnis mortalitas multum faciebat ad hoc
quod peccatum hominis esset remissibile.
Voluntatis vertibilitas ad hoc etiam con-
faciebat quia eius homo conditus est in vertibilitate
arbitrii que non tantum debebat in eo esse
ad momentum sed etiam ad tempus
diuturnum quia longo tempore debebat esse
viator. Sic est quod sicut gracia adveniens
eius voluntati non abstulit vertibilitatem
ad malum, sic culpa veniens non
abstulit potenciam revertendi ad bonum
et sicut potuit transgredi ita po-
tuit converti. Et sicut per culpam prorupit
ad iram divinam sic per penitenciam rediit
ad graciam. Sic autem angeli non fuit
sicut ostensum est supra. Dicit enim propter bre-
vitatem spacii medii propter quod vo-
luntas eius vertibilitatem habere non po-
tuit sicut ibidem dictum est. Excusabi-
litas etiam in culpa faciebat ad pec-
cati hominis remissibilitatem; quia enim alio
suggerente cecidit dignum fuit
per alium sublevari et ideo competebat
sibi mediatorem habere et quia lapsus non
potuit resurgere sine manu sublevante et
inimicus non potuit reconciliari sine mediatore
interveniente hinc est quod peccatum hominis
remissibile fuit non peccatum angeli quia
homo qui per alium cecidit aliunde debuit
habere adiutorem et relevatorem.
Angelus vero non quia cecidit per se ipsum
et hec est racio quam magister reddit in littera
et sic patet quod triplex est racio quare peccatum hominis
remissibile fuit et ille tres raciones concur-
rentes reddunt unam racionem integram
mirabilis tamen propria racio que medio loco
posita est scilicet vertibilitas voluntatis post lapsum
per quam homo susceptibilis erat penitencie medicine
qua ad veniam poterat pervenire. Concedimus ergo
raciones ostendentes peccatum hominis ex prima temptacione
secutum fuisse remissibile.

ad illud ergo quod obicitur de nobilissimo statu Adam, dicendum quod licet homo esset in statu sublimi, non tamen fuit, dico, de statu sublimissimo cecidisse sicut angelus. angelus enim perfectissimus fuit creatus adeo quod uno solo motu conversionis ad deum poterat effici gloriosus; non sic fuit de homine, et ideo non est simile. ad illud quod dicitur quod homo nullam habuit inclinationem, dicendum quod etsi non habuit inclinationem intus, habuit tamen impulsum extrinsecus ... aliquo modo fuit peccatum eius excusabile; esto tamen quod excusabile non esset in se, nihilominus tamen excusabile factum est quia homo incepit de sua excusatione dolere transgressionem. ad illud quod dicitur quod tota natura corrupta est, dicendum quod etsi corrupta tota sit quantum ad totam posteritatem que seminaliter ex Adam prodiit, nihilominus tamen remansit ipsius Ade semen in quo benedicte sunt omnes gentes, id est Christus, in quo nulla fuit corruptio, immo membrum sanctissimum fuit, et ideo sua cum excusatione cetera membra a fece peccati curavit. Remansit etiam in hoc aliqua naturalis rectitudo ut potentia synderesis que non fuit in eo extincta, qua movente et instigante potuit peccatum detestari et detestando ad deum reverti et revertendo curari. ad id quod obicitur quod homo habuit naturalia et gratuita quando peccavit, dicendum quod etsi illud donum amisit in peccando, naturalia non perdidit, quia non habuit ... tamen rectitudo non est adeo obliquata in hoc sicut fuit in demone et non tantum ... et permanent ad hec ut ei compateretur sicut angelus qui ... habuit rectitudinem.

Tertio queritur utrum illud peccatum quod ex illa temptatione subsecutum est fuit gravissimum omnium peccatorum. et quod sic videtur: Augustinus xiiii de civitate dei: tanto magis fuit iniquitas in peccando ubi tanta fuit in non peccando facilitas. ex quo videtur elici tale argumentum: ubi maior est facilitas ad obediendum, ibi maior est culpa in contemnendo; sed primo homini fuit obedire facillimum, ergo in transgressione illa fuit peccatum maximum. Item Augustinus ibidem: obedientia hominis eo predicabilior quo factus est obediens usque ad mortem; ex quo videtur elici tale argumentum: sicut quod est obediens usque ad mortem hoc maxime meritum in obediendo et est maxime laudabile, ut fuit filius dei, sic quod sic est inobediens ut etiam non desistat propter timorem mortis maxime est culpabile et vituperabile; sed talis fuit inobedientia primorum parentum qui comminationem mortis non ... domini mandatum; ergo videtur quod illud peccatum fuit maximum. Item tanto gravius est peccatum quanto generalius corrumpit, quia peccatum est corruptio speciei et ordinis; sed peccatum primorum parentum fuit maxime corruptivum quia non solum ipsos corrupit sed etiam totum genus humanum, ergo fuit omnium peccatorum maximum. Item quanto gravius est peccatum tanto graviori pena punitur per iudicium dei iustum; sed peccatum primorum parentum punitum fuit pena mortis et exheredationis in se et in suis posteris, et est maxima omnium penarum, ergo illud peccatum fuit maximum.

Contra: quanto magis est peccatum remissibile tanto minus grave; sed peccatum illud fuit remissibile ut probatum est; multa autem sunt peccata irremissibilia. Item gravius est peccatum quod nullo modo est excusabile quam quod aliquam habet excusationem; sed peccatum primorum parentum aliquam habet excusationem ex hoc quod factum est ad alienam instigationem, peccatum autem in spiritum sanctum colorem excusationis non habet; ergo peccatum illud non fuit gravissimum. Item tanto gravius est peccatum quanto ex maiori libidine procedit; sed in primis parentibus minime regnabat libido et voluntatis impetuositas, cum eorum natura non esset immunda et sana; ergo videtur quod illa transgressio ex inobedientia non fuit maxima. Item gravius est peccatum quod est contra naturam et rationem et institutionem divinam quam quod plus est contra divinum mandatum; sed peccatum primorum parentum quod ex illa temptatione secutum est nec fuit contra naturam nec contra rationem sed solum contra divinam institutionem; natura enim nec ratio ... dicebat de illo ligno non esset comedendum; multa autem sunt peccata que sunt contra naturam et rationem et institutionem divinam, que nos appellamus peccata contra naturam; ergo videtur quod illa primorum parentum transgressio non fuit maxima.

Respondeo dicendum quod cum multis modis possit dici peccatum gravius unum et minus altero, ad presens tamen attendendum est quod tribus modis unum peccatum dicitur gravius altero: aut propter maiorem libidinem, aut propter maiorem ingratitudinem, aut propter maiorem corruptionem. Si primo modo loquimur, sic peccatum illud non fuit maximum simpliciter nec maximum omnium peccatorum; ex maiori enim libidine demones peccaverunt et etiam multi filii Ade ex maiori libidine peccaverunt quam peccavit primus parens. Si secundo modo dicatur peccatum maius, scilicet quantum ad ingratitudinem, sic peccatum Ade non fuit maximum simpliciter, maximum tamen fuit omnium humanorum; maximum enim simpliciter non fuit, quia demones ex maiori ingratitudine peccaverunt, cum plura bona in sua creatione perceperint et de sublimiori statu lapsi fuerint; fuit tamen maximum omnium humanorum, quia in nobiliori et altiori statu erat quam aliquis posteriorum suorum qui lapsus fuit in peccatum, et ideo maxime videtur fuisse ingratus. Si autem dicatur tertio modo peccatum maius altero ratione maioris lesionis, sic quodlibet

maximum omnium et quodammodo non maior enim le
sio duplicit potest intelligi et esse s. intensi
ue et extensiue intensiue loquendo pecca
ade non fuit maxime lesionis quia non
adeo depravavit voluntatem suam sicut
multa peccata depravant extensiue vero
loquendo peccatum illud maxime lesionis
fuit quia nullum peccatum est quod tot personis
nocuerit et in tot pertransierit sicut illud
peccatum quod perpetratum fuit ex temptatione prima
ria et ita quodammodo fuit gravissimum
quodammodo non et ex hoc patet responsio ad
rationes ad utramque partem adductas utraque
enim secundum diversas vias verum concludunt sicut
aspicienti satis planum est

In parte ista sunt dubitationes circa li
teram et primo de hoc quod dicit quod diabolus
loquebatur per serpentem ignorantem sicut
per inergumenos quia sicut diabolus movet
inergumenos mediante virtute spirituali
ergo videtur similiter quod movit serpentem ad forman
dam locutionem mediante simili virtute hoc autem
non videtur possibile quia ymaginatio serpentis non
erat capax sermonis et locutionis ergo
mediante illa non poterat voces articulatas
formari iuxta hoc queritur a qua virtute
fuit illius locutionis formatio principaliter
et utrum sit data nova potestas serpenti
utrum etiam fuit in locutione miraculum
sicut fuit in locutione Balaam asine

So Responsio dicendum quod ad locutionis formationem
ista tria concurrunt primo instrumentorum
aptitudo et convenientia secundo vero vir
tus motiva et tertio virtus directiva
cuius regimine formatur vox articulata
et hec tria sunt in homine complete asini na
in brutis vero animalibus reperiuntur incomple
te habent enim quedam animalia organa apta
licet non complete ad vocis formationem habent etiam
sensibilem motivam habent etiam vim cogitativam
sive ymaginativam ratione cuius extenduntur
ad aliquas voces pro indicandas non est
tamen in eis complete sed cum adest vis rationalis
que possit regere et movere tunc illa
potentia incompleta ad actum reducitur
et sic fuit in illa prima temptatione nam
diabolus excitabat vim motivam et admi
nistrabat et dirigebat ut posset illas voces
articulatas formare ita quod serpenti non
est data nova potestas sed potestas superior
assistebat unde ipsi miraculum non erat
licet quis rationabiliter admirari posset
cum esset supra potestatem ipsius creature

tura voces formari licet autem in energumenis
sit aptitudo recte vis motive et or
ganorum in loquendo quam in serpente
quia tamen virtus informandi principaliter
moventis utrobique et dirigentis est vir
tus demonis ideo dicit magister eodem modo
locutum esse diabolum per serpentem quo lo
quitur per demoniacum ad illud ergo quod
queritur quod ymaginativa vis serpentis
non erat capax locutionis et dicendum quod
verum est de locutione quantum ad significationem
sed non est verum quantum ad vocis expressionem
vel posset dici quod quamvis motus serpentis
cooperaretur ad motum lingue non tamen
cognitiva cooperabatur ad voces arti
culatas et per hoc patent ea que quesita sunt   1o
Item queritur de hoc quod dicit serpens cal
lidissimus dictus est propter astutiam diaboli
sed hec ratio quare serpens dictus est calli
dissimus pari ratione si diabolus per talem
aliud animal assumpsisset quam aliud est dicendum
quod calliditas attenditur in cognitione
ordinata ad nocendum et se defendendum
et quoniam duplex est nocumentum videlicet spiri
tuale et corporale duplex est calliditas
aut in nocendo corporaliter aut in nocendo
spiritualiter calliditatem in nocendo
hoc corporaliter habet serpens ante sive
industria loquendo saltem secundum statum
nature lapse calliditatem vero nocendi spiritualiter
non habet ac si diaboli presentia et de hoc autem
loquitur magister in littera et quia spiritualia conve
nienter per corporalia sibi similia
ideo cum serpens esse sic habeat callidi
tatem nocendi et insidiandi corporaliter
congruum fuit per ipsum diabolum exprimere
calliditatem suam contra hominem in nocendo
eo spiritualiter et secundum hunc duplicem
sensum intelligi potest scriptura Item queritur
de hoc quod dicit scriptura Sciendum
est duas species esse temptationis scilicet
interiorem et exteriorem Contra
enim temptatio non est nisi per interiorem
nec ad culpam perducit nisi interior
ergo non videtur quod admittere habeant distingui
Item subdividit interiorem in eam que est
ab hoste et in eam que est a carne et videtur
quod divisio ista sit insufficiens quia non solum
temptatio est ab hoste et a carne sed etiam
a mundo secundum illud I Joh II Omne quod est in mundo
aut est concupiscentia carnis etc. ergo de suffi
ciencia interiorum et cum alibi legatur plures
esse temptationes queritur quod distinguuntur ab aliis

So Ex quo dictum est quod temptacio quinque modis potest
considerari scilicet quantum ad motiua et quantum ad
instinctum et quantum ad effectum et quantum ad gradum
et quantum ad modum. Quantum ad motiuum vel
generaliter vel specialiter. Si generaliter sic diui
ditur temptacio in eam que est ab hoste et a
carne et a mundo ut dicitur in quadam sequentia.
Si specialiter ut dicatur motiuum quod se of
fert non solum per modum obiecti sed eciam quod
inducit et excitat per modum impulsiui
sic est illa diuisio quam ponit magister in littera
scilicet temptacio alia est ab hoste alia a carne
quorum utrumque habet ad malum intendere. Si autem
loquamur quantum ad instinctum sic diuersimode potest
considerari aut generaliter aut specialiter. Si generaliter
sic est illa diuisio glossa quod temptacio quedam est
per vicia quedam per flagella. Si specialiter sic
est illa diuisio temptacionis quam ponit glossa
in psalmo super id Omnem escam abhominata est etc.
ubi dicitur quod multiplex est temptacio quarum prima est
error sine nescientia vie vitalis. Secunda diffi
cultas vincendarum concupiscenciarum. Tercia tedium
boni. Quarta tempestas seculi. Si tercio modo scilicet
quantum ad effectum consideretur ipsa temptacio sic potest
diuersimode considerari aut specialiter aut generaliter.
Si generaliter sic est illa diuisio que ponitur in glossa super
illud i Corinthiorum x Temptacio vos non apprehendat etc.
ubi dicitur in glossa quod temptacio aut est humana
aut humana (?) et dicunt quod sicut ibidem innuitur
temptacio humana est quod malum habet exitum
et quo tenditur ad mortale peccatum temptacio vero hu
mana quo habet exitum non periculosum quia vel est
ibi peccatum veniale vel nulla est ibi culpa
secundum quod ostenditur in glossa ubi dicitur quod humanos mores ob
sequitur temptacio humana. Si specialiter sic est illa que
de doctrina christiana quod diabolus aut temptat vexan
do carnem aut vulnerando naturam aut expo
liando substantiam (?) hic enim ponuntur specialiter
effectus temptacionis diabolice. Si autem quarto
consideretur temptacio scilicet quantum ad gradum
hoc potest esse dupliciter aut generaliter aut speciali.
Si generaliter sic est illa quam ponit magister in
littera temptacio alia est interior alia est exterior.
Si specialiter sic est illa quam ponit glossa hic et
in glossa super illud Iacobi i Unusquisque temptatur
a concupiscencia etc. Quarum temptacio triplex perficitur
suggestione delectatione et consensu ubi notantur
tantum gradus in progressu temptacionis
explicite que ponebantur in diuisione
prius habita implicite per temptacionem in
teriorem intelligimus suggestionem per inti
morem intelligimus illam in qua est delectio vel
consensus et per hoc patet responsio illud quod primo dicitur quod
ista membra admiuicem non distinguuntur cum unum
condiuidatur ad alterum. Si autem quinto modo consideretur
temptacio scilicet quantum ad temptandi modum hoc sic
aut est generaliter aut specialiter. Si generaliter
hoc potest esse implicite vel explicite. Si
implicite sic est illa que ponitur in glossa
super Prouerbiorum Cum habitat ubi dicitur quod quedam
temptacio est leuis et occulta quedam grauis
et occulta quedam leuis et manifesta quedam
grauis et manifesta. Si autem explicite sic
est illa quam ponit Bernardus per septem membra
quarum prima est importuna scilicet que pertina
citer insistit secunda dubia scilicet que animum
dubietatis nebula inuoluit tercia est
subita scilicet que iudicium racionis preuenit
quarta occulta scilicet que deliberacionis or
dinem preterfugit quinta violenta que
vires nostras transcendit sexta fraudulenta
que scilicet animum seducit septima perplexa que
variis viciis impedit. In hac enim diuisione
explicantur difficultates et grauitates
temptacionum siue modorum temptandi et latitudo
que in priori diuisione implicite claude
bantur. Unde tamen hec diuisio quam precedens
est de modis temptacionum in sua generalitate
considerate. Si autem consideretur specialiter temptacio
prout competit ad temptacionem diabolicam sic modi
eius dupliciter possunt assignari vel implicite
et sic diuidit Augustinus in quodam sermone
diabolus temptat ut leo temptat ut draco
vel explicite et sic est illa diuisio glossa super
Iacobum xl (?) super quem locum dicit glossa sic fideli
famulo diuersis cunctatibus hostis callidi ma
chinaciones insinuat scilicet quod opprimendo rapit
insidiando circumuenit minando terret
suadendo blanditur desperando frangit
promittendo decipit. In hac autem diuisione
explicantur modi quos Augustinus declarat
sub hiis duobus verbis temptat ut leo
temptat ut draco et sic patet responsio ad singulas
diuisas diuisiones temptacionis secundum diuer
sas eius consideraciones patet melius responsio ad
obiecta. Item queritur de hoc quod dicit in littera — quod
Temptacio que fit ex carne non est sine peccato
cum enim diabolus possit carnem vexare et
commouere videtur quod temptacio que est ab hoste
sine peccato esse non possit. Item cum non sit
in nostra potestate temptari vel non temptari
videtur quod temptacio de se non ponat in nobis
culpam nisi ei consenciatur. Sicut ergo temptacio
hostis cui non consentitur est materia excercende
virtutis ita videtur eciam temptacio carnis
propter hoc est questio quare temptacio carnis magis est
quam cum peccato quam temptacio hostis. Respondeo dicendum quod Res
temptacio carnis est impulsus sensualitatis
que consueuimus appellare primum motum et quoniam
in isto impulsu sensualitas mouetur mouet inte

et preter rationis ordinem hinc est

hinc est quod temptacio carnis in-
quantum est in nobis quia sit in nobis
[illegible] inordinata et ita aliquid venia-
lis culpa temptacio ubi hostis
omnino extra est et potest esse sine
aliqua delectacione inordinata
et ideo dicit magister quod temptacio hostis
potest esse sine peccato, temptacio
vero carnis minime. Alia causa potest
reddi quia cum caro est in potestate
nostra et eam possimus ad libitum
nostrum domare et ideo primo im-
putatur nobis in culpa carnis
impulsio quam diaboli suggestio
quia aut carnis impulsio sine
primi motus debeat dici peccatum
in suis locis magister expresse deter-
minabitur xxiij distinctio xxiij

Hic videtur diligenter investi-
gandum etc. [illegible] magister
de lapsu hominis in comparacione
ad diabolum temptatorem. In hac
vero parte agit quantum ad circumstancias
transgredientes dividitur autem pars
sit ad bonum secundum unus respicit gratie secundum quod
informat alter secundum quod movet vel ita quod utraque
attribuatur gratie movent secundum unus in ingressu
alter in perfectu et sic triplex expositio augustini
in li° de na et gra Secundo sic Gratia preve
niens hominis voluntatem liberat et preparat
Subsequens vero in ipsum eadem adiuvat
Secundo sic gratia preveniens vocat ut saneamur
subsequens ut sanati vegetemur Tertio
gratia prevenit voluntatem ut velit et subsequitur ne
frustra velit et per hoc patet responsio ad obiecta
Item queritur de hoc quod dicit 20 capitulo premittens
est tria genera esse bonorum alia namque sunt
maxima alia minima alia media
Videtur quod ista bonorum divisio esse insufficiens
quoniam multe sunt alie bonorum differentie
est scilicet bonum fortune et bonum nature et bonum gratie
et glorie Si tu dicas quod ista omnia reducuntur
ad has tres tunc sub qua istarum continetur
bonum quod deus est sine ipsa etiam beatitudi
tas quod sub magnis bonis contra magna bona
sunt quibus non contingit male uti deo potest quis
male uti sicut cum diligitur propter aliud
ergo non continetur sub magnis bonis Item
arguitur ex hoc secundo contra deo contingit male uti vis
cum refertur ad aliud et deus est optimus inter
omnia bona ergo omnibus bonis contingit male uti
ergo nulla sunt bona magna sicut in 1o dicit
cum dicit quod magna bona sunt quibus non contingit male
uti Item videtur male exemplificare de vir
tutibus habundantes possunt virtutibus superbire
potest etiam virtutes propter laudem humanam amare
et hic est abuti videtur quod virtutibus possit
abuti ergo sub magnis bonis non possunt contineri
Responsio dicendum quod cum aug dividit bonum per istas
tres differentias scilicet per bonum maximum et minimum
et infimum non generaliter accipit bonum bonum
secundum eius bonum quod est bonum aliquid et hic est bonum
propter quod contingit aliquid in finem ordinari et ideo di
vidit hic bonum utile et propter hoc cum triplex sit
differentia boni utilis propter quod quis ordinatur in finem
triplicem boni ponit differentiam aliud enim sicut

utile ad finem ut tamen secundum se non possit ad
finem pervenire sicut sunt bona corporalia
aliud autem est ita utile ad finem
ut tamen secundum se non possit ad finem pervenire
propter ipsum potest tamen quis ad finem deordi
nari sicut est liberum arbitrium quo contingit male
uti aliud est ita utile quod secundum ipsum
non potest ad finem pervenire nisi per ipsum potest
contingit aliquid ad finem deordinari sicut
est virtus gratuita et quoniam in primo bono
minima est utilitas in secundo vero maior
in tertio maxima hinc est quod dividit
bonum per has tres differentias scilicet per bona
minima media et magna et patet divisionis
sufficientia et responsio ad id quod obicitur
de summo bono quod deus est Ad id
vero quod obicitur quod virtutibus contingit male uti
dicendum quod uti aliquo multis modis est
sicut dictum fuit in primo libro videlicet sicut
instrumento et habitu directivo vel sicut obie
cto et illo contingit male uti virtutibus
quia virtus quantum est de se semper ad bonum
dirigit nec umquam per virtutem aliquis
ordinatur ad malum quia virtus est bonorum
usus, potius sicut dicit aug Secundo contingit
male uti virtutibus nec est ita aliquod
bonum tamen quod non possit sic hic aliquis deordinate
inordinate amando illud Item queritur Ad
de ista ratione virtutis quam ponit in littera
virtus est bona qualitas mentis
Videtur enim hec notificatio redargui primo
possunt a modo predicandi nichil enim quod predicatur
de altero in abstractione predicari habet
de altero in concretione sicut dicit philosophus
Si igitur virtus est bonitas nullo dicendum
est virtus esse bona Item redarguitur predicta
diffinitio a defectu contrabilitatis in predicando
quia tota hec ratio convenit potest gratie et donis
et aliis habitibus etc Item redargui
potest a falsitate in hoc quod dicit quod deus in nobis
sine nobis operatur secundum enim quod aug
quin dicit quod qui creavit te sine te non iusti
ficat te sine te et B etiam dicit quod ad
opus nostre salutis duo concurrunt scilicet Ad 2o
deus et liberum arbitrium Iuxta hoc queritur cum
unius rei sit una diffinitio et differentie
diffiniantur ad invicem ipsa virtus quomodo ille
diffinitiones distinguuntur Responsio dicendum quod Ad 3o
virtus accipitur communiter et proprie et magis
proprie secundum quod communiter accipitur sic comprehendit
virtutem moralem et naturalem et sic debet
hic diffiniri aut in comparatione ad actum aut
in comparatione ad actum et finem ultimum

Quomodo diffinitur a philosopho in de celo et mundo
cum dicit virtus est ultimum potentie de re. Secundo diffinitur
ab eodem in vi ethicorum virtus est dispositio ad op
timum perfecte. Iste duae sunt notificationes virtutis
in sua generalitate prout comprehendit virtutem
naturalem et moralem. Alios considerantur virtus generaliter prout
comprehendit moralem tamen extenditur tamen ad po
sitivam et gratuitam et sic debet considerari aut per
comparationem ad ipsum actum aut per comparationem ad primum
directivum. Si per comparationem ad actum sic diffinitur
a philosopho in ethicis virtus est habitus qui perficit
habentem et opus eius bonum reddit. Per comparationem autem
ad directivum sic diffinitur ab eodem philosopho ibidem
virtus est habitus voluntarius in medietate consistens
recta ratione determinatus prout sapiens determinabit. Et sic
etiam diffinitur a Tullio per alia verba virtus est
habitus mentis in modum nature rationi consentiens.
Si habent duplicem comparationem diffinitur ab Augustino virtus
moralis per alia verba idem significantia in libro
de spiritu et anima sic virtus est habitus mentis
bene composite. Item libro de quantitate anime virtus est
qualitas vite rationi undique consentiens. Hee
duae notificationes si quis attendat realiter
idem sunt cum predictis et tamen ille quam ille
sunt illius virtutis que per assuetudinem habet
adquiri. Tertio habet considerari magis generaliter prout
accipitur generaliter virtute gratuita et sic accipitur per comparationem
vie ad finem ad subiectum et ad actum et ad suum
primum secundum quadruplex genus cause videlicet finalis
materialis formalis et efficientis. In comparatione
ad finem sic diffinitur ab Augustino in soliloquiis
virtus est ratio recta ad suum finem perveniens. In compara
tione vero ad subiectum quod informat quia est ipsa vo
luntas sic diffinitur ab eodem in de civitate dei
virtus est bona voluntas. In comparatione vero ad
actum propter sui complementum sic dicitur in de mori
bus ecclesie virtus est ordo amoris sive amor
ordinatus. In comparatione vero ad suum principium effe
ctivum dicitur ista que ponitur a magistro in littera virtus
est bona qualitas mentis etc. In qua diffinitione
habet quod dicitur qualitas mentis ponitur pro genere et sub
iunguntur tres differentie per hoc quod dicitur qua recte
vivitur separatur a bonis corporalibus per hoc quod
dicitur quia nemo male utitur separatur a potentiis
spiritualibus et naturalibus per hoc autem quod subiungitur
quam deus in nobis sine nobis operatur a potentiis
spiritualibus et consuetudinibus que etsi sint
boni usus potentiarum anime non sunt tamen per infusionem
sed per acquisitionem etc. Pro intellectu huius
diffinitionis et divisionis et distinctionis
ab aliis. Ad id quod obicitur quod non debet dici bonitatis
sit bonitas dicendum quod in primis cognitionibus
est predicatio reflexa propter simplicitatem. Sic
autem non habet locum in hiis que sunt determinata generis
de quibus philosophus loquitur cum dicitur albedo est

colorata. Ad illud quod obicitur quod non est convertibilis
dicendum quod hic non diffinitur virtus prout distinguitur
contra dona et alios habitus gratuitos ~~posset
tamen dici quod per comparationem~~ sed prout nomine virtutis
clauditur omnis qualitas anime gratuita. Posset
tamen dici quod per comparationem recte vivere est virtutum
ex parte dictarum secundum perfectum bene vivendi ut alibi
manifestabitur. Ad ultimum dicendum quod sine nobis
non ponitur ex parte liberi arbitrii dispositionem susceptiva
ipsius virtutis sed potentiam effectivam.

Distinctio vicesima octava sequitur

Illud vero inconcusse et inconctanter etc.
Supra determinavit magister quomodo potest liberum arbitrium cum gratia;
in hac vero parte determinat quomodo potest liberum arbitrium sine gratia.
Et dividitur hec pars in duas. In prima determinat
de potestate liberi arbitrii lapsi quomodo habet gratiam circumscripta.
Secundo vero determinat de libero arbitrio primi hominis
utraque gratia operante et cooperante. Sequitur in di.
xxix. Prima hic considerandum est etc. Dividitur
autem prima ista in partes tres. In prima quod pella
giani errabant circa potestatem liberi arbitrii post
illius heresis improbationem. In secunda vero respondet
ad pellagianorum argumentaciones ibi Quod
vero dicunt sine gratia etc. In tertia vero subiungit
catholice veritatis expositionem ibi Id vero de gratia
et libero arbitrio indubitanter tenemus etc. Media
pars dividitur in tres partes secundum tria media a
quibus sumuntur tres rationes quibus magister respondet.
Primo namque respondet ad illud quod pellagius dicebat
nullum esse culpandum si non vitat vel non
facit illud quod est sibi impossibile ex quo sumuntur
due rationes ad quas magister respondet duobus capitulis.
Secundo vero respondet ad id quod pellagius dicebat
quod nihil est tam in nostra potestate quam ipsa voluntas,
quod etiam ab ipso Augustinus pellagius assumpserat
ibi Alibi etiam Augustinus qui habere gratiam etc. Tertio
vero respondet ad illud quod pellagius dicebat
quod credere nostrum est quod etiam evidenter
de verbis Augustini ex duobus locis et ideo magister
respondet in duobus capitulis et incipit ibi Postea
ibi In expositione quarundam propositionum.

Ad intelligentiam huius partis hic inquiritur
quid de potestate liberi arbitrii circumscripta gratia
et circa hoc queruntur duo. Primo queritur quomodo
possit liberum arbitrium absque gratia gratum faciente. Secundo vero
queritur quomodo possit de perse absque gratia gratis data.
Circa primum queruntur tria. Primo queritur utrum liberum arbitrium
sine gratia gratum faciente possit a culpa resurgere.
Secundo queritur utrum possit absque gratia gratum faciente
adversarium vincere. Tertio queritur utrum possit dei
mandata implere. Articulus.

Circa primum sic proceditur et queritur utrum liberum arbitrium absque
gratia gratum faciente possit a culpa resur
gere et quod non videtur. Primo per id quod dicitur Romanorum in iusti
ficati gratis per gratiam ipsius et paulo ante

ex operibus legis non iustificatur omnis caro et ex
[illegible] ad titum non ex operibus iustitie que fecimus
nos sed secundum suam misericordiam etc. ergo gratia gratum fa-
ciens circumscripta non potest homo a se resurgere
a culpa. Item ad Gal. ii: si autem ab initio gratiam dei si-
cut per legem iustitia ergo Christus gratis mortuus est.
Si igitur virtute hominis posset homo ad iustitiam redire
utique Christus frustra mortuus esset quod si hoc esset impium
dicere patet etc. Item nemo petit ab aliquo quod
habet in sua potestate sed in psalmo petit vir sanctus Sana
animam meam quia peccavi. Docet etiam nos ipse
salvator petere in oratione dominica et dimitte nobis
debita nostra ergo etc. Item hec conversio qua fit
cum aliquis de impio fit pius de malo fit bonus
et cum de malo fit bonus melioratur nullus tamen
potest ut dicit Augustinus se ipsum nullus seipsum potest meliorare propria
virtute ergo non absque gratia dei a culpa resurgere.
Item omni peccato offenditur deus qui est ipsa iustitia quia
omne peccatum fit contra mandatum dei sed tanta est
offensa quantus est ille qui offenditur cum igitur ipse
sit infinitus offensa erit aliquo modo infinita. Si
igitur homo per se finitus est impossibile est quod in pristinum
statum revocetur nisi reducatur per divinam misericordiam
qui sua infinita bonitate [illegible] culpas sine remit-
tat offensam hec autem non fit sine gratia ergo etc. Item
omne peccatum est adeo quod est contra naturam [illegible] quod est preter
naturam [illegible] fortius est [illegible] dei [illegible]
[illegible] naturam [illegible] potest naturam ergo si homo virtute propria
peccando potest in id quod est preter naturam virtute propria
[illegible] potest ad naturam ergo sicut potuit cadere
ita et resurgere. Item maior est virtus homini
quam [illegible] sed [illegible] infirmatur sanari potest absque
auxilio medicine ergo multo fortius cum homo
infirmatur per culpam sanari potest absque omni gratia.
Item absque gratia gratum faciente de ignorante potest
fieri homo sciens non solum in hiis que scibilia sunt
[illegible] sed etiam in hiis que sibi sunt supra naturam
ergo [illegible] absque gratia gratum faciente potest fieri homo
iustus de peccatore. Item peccator in modo
peccato existens potest desiderare et velle
iustitiam sed nichil aliud est esse
iustum quam velle iustitiam secundum
[illegible] est rectitudo voluntatis [illegible]
aut voluntas recta est quando vult
iustitiam ergo peccator in peccato manens
absque gratia gratum faciente iustificari
potest. Item per eandem viam
per quam quis [illegible] ad [illegible] ad quem
potest ~~[illegible]~~ quem [illegible]
ergo si aliquis non venit ad culpam
nisi voluntate [illegible] [illegible]
[illegible] nisi per voluntatem et quam
[illegible] vult ergo [illegible] intrat in
culpam [illegible] absque gratia gratum fa-
ciente [illegible] quod possit a culpa
resurgere. Si tamen dicas quod non

potest velle. Contra: potestates rationales sunt ad opposita
sicut dicit philosophus et voluntas quamdiu est in
via flexibilis est ergo sicut voluntarie
potuit culpam appetere ita voluntarie potest de
culpa resurgere. Item inter gratiam et culpam
media est innocentia sicut medius probat [illegible]
ergo cum possit ab aliquo haberi innocentia sine
gratia sicut habita fuit ab Adam in primordio
et innocentia habita deleatur culpa utique quod sine
gratia gratum faciente aliquis possit a culpa resurgere.
Responsio dicendum quod hic [illegible] diversi aliter senserunt
philosophi aliter senserunt heretici aliter senserunt trac-
tatores catholici. Philosophi enim ignorantes quod
peccato offendatur divina maiestas et qualiter
corpus adimatur potentia et habilitas de-
cernit quod homo per exercitationem virtutum potest effici
sicut per inordinationem a recta ratione factus erat
iniustus unde philosophus dicit [illegible] pravus ad meli-
ores exercitationes deductus aut multum proficiet
aut perfecte in statum restituetur. Heretici vero ad
lumen fidei venientes cognoverunt quod per peccatum
offenditur maiestas divina et quodammodo [illegible]
ficatur. Excecati tamen non consideraverunt qualiter
ex culpa natura infirmatur et ideo dixerunt quod ad hoc
quod homo a culpa resurgat non est sibi necessaria
gratia creans sed sufficit sola gratuita voluntas divina
que inclinatur ad remittendum peccata nostra propter
satisfactionem quam Christus sibi satisfacere voluit di-
stincte pro nobis obtulit. Sed ista positio
non tamen a veritate deficit sed etiam [illegible] in
[illegible] scripturam destruit dicit enim quod ad hoc quod ho-
mo a culpa resurgat necesse est quod deus sibi cul-
pam remittat et tamen non est necesse quod aliquid
sibi tribuat vel circa ipsum faciat sicut deo
non mutatur voluntas ipse iudex iustus est ut il-
[illegible] tamen [illegible] tamen [illegible] ad hoc quod culpa
remittatur et peccator deo reconcilietur necesse est
quod aliquid ipsi peccatori tribuatur [illegible] morbus
[illegible] sanctus catholici vel tractatores et lumine
fidei et auctoritate scripture cognoverunt quod peccatum
et dei est offensivum et quodammodo diminutivum
[illegible] [illegible] transfert [illegible]
[illegible] et etiam ymaginis [illegible]
et ideo dixerunt quod ad hoc quod homo resurgat
a culpa necessaria est gratia non solum sed [illegible] non
[illegible] gratuita voluntas dei nec etiam sed quod [illegible]
liberalis passio Christi sed etiam [illegible]
[illegible] gratuita [illegible] voluntas [illegible]
ad hoc quod fiat offense remissio voluntatem
enim nobis [illegible] offensam [illegible] aut
passio Christi concurrit ad hoc quod fiat morbi
curatio gratia vero que est habitus animi con-
currit ad hoc quod fiat culpe [illegible] ymma-
ginis reformatio et ideo ad hoc quod homo resur-
gat a culpa multum potentis modis necessaria est

Secundo quod concedende sunt quod [illegible] ascendentes quod homo absque gratia gratum faciente non potest a culpa resurgere. Ad id vero dicendum quod primo secundum [illegible] quod motus mixtus quod est secundum unum facilior est quam ille qui est in id quod est contrarium. Dicendum quod id verum est de illo motu qui est secundum unum ita quod subiaceat potentie nec est de illo motu qui est [illegible] nam ita tamen quod non contrarius ibi nec diminuitur nec potentia sicut est in motu lapidis sursum facilius enim regreditur deorsum quam ascendit sursum tamen quod motus deorsum est in eius potestate tamen etiam quod per motum sursum nil diminuebatur vel adimebatur de eius conformitate non sic autem in proposito tamen quod motus ad ignem est per virtutem superiorem nam tamen etiam quod motus ad culpam diminuit habilitatem liberi arbitrii per peccatum non solum homo expoliatur gratuitis sed etiam vulneratur in naturalibus et per hoc patet responsio ad secundum quod dicitur de sanitate nec eadem sanitate corporis non enim est simile illa sanitas est corporis est in potestate nature sanitas vero spiritualis est per deum quod est secundum nam tamen autem deo infirmatur corporaliter non omnino nec perimitur virtus que erat principium sanitatis et ideo a tali infirmitate ad sanitatem naturaliter potest fieri regressus. In peccato vero perditur ipsa gratia dei et iustitia per quam erat spiritualis sanitas et propter tale dicitur quod nunc peccatum esse mortale quod aufert homini principium vite. Et propterea sicut de mortuo non potest fieri vivus nisi virtute mirabili et supra naturam sic nec de peccatore potest fieri iustus naturaliter vel potentia sed mirabiliter. Ad illud quod dicitur de ignorante et scientia sine gratia gratum faciente dicendum quod non est simile ignorantia enim magis habet potius de defectu pene quam culpe unde ignorans sed quod ignorans non displicet deo peccans autem sic quod peccans deo displicet et ideo culpe recte opponitur gratia que reddit deo acceptum peccatum sicut ignorantie opponitur scientia et quoniam contrarium expellitur per suum contrarium ideo non sequitur quod si ignorantia [illegible] expelli sine gratia quod sic culpa. Ad id quod dicitur quod peccator manens in mortali peccato potest velle iustitiam dicendum quod velle aliquid est complete vel exiliter et semiplene sicut dicitur vult et non vult piger vel plene et sufficienter sicut dicit apostolus ad Philippenses ii deus operatur in nobis velle et perficere primo modo potest esse in peccatore et talis voluntas non facit aliquem iustum. Secundo modo non potest esse sine gratia preveniente et adiuvante voluntatem hoc autem secundo modo primo voluntas iustitie reddit etiam iustum. Ad id quod dicitur quod per eandem viam per quam ad motum quemlibet dicendum quod verum est in eo motu qui est ad aliquod complementum hic autem non oportet esse in motu corruptionis et destructionis ab intrinseco [illegible] per violentiam nec tamen quod per illam eandem viam in motu rest[at] per bonum tamen dicitur non oportet quod quis possit in peccato ex solo actu voluntatis sic [illegible] voluntas

sic in peccato precipitavit sicut in [illegible] quis se [illegible] interficit vel potest se [illegible]. Ad id quod dicitur quod deus possit restituere innocentiam et non dele[re] culpam absque gratia quod hoc est verum secundum largitatem omnipotentie sic decernit auferre malum culpe per hoc quod deo displicet ut sibi [illegible] bonum culpe per hoc quod placet ut per [illegible] expellit culpam quando iustificat ipsum. Unde [illegible] gratiam [illegible] secundum [illegible] iustitiam [illegible] nascitur [illegible] natura eius [illegible] esse [illegible] culpam vel [illegible]

capitulum decimum septimum (?)

Secundo queritur utrum liberum arbitrium absque gratia gratum faciente possit adversarium suum vincere et quod sic videtur Genesis iiii dicitur est Cayn sub te erit appetitus tuus et tu dominaberis illius sed constat quod Cayn iam erat in mortali peccato ergo in statu illo dominari poterat appetitui suo. Sed nulla victoria fit in nobis adversarius nisi per nostrum appetitum si ergo absque gratia gratum faciente Cayn superare poterat proprium appetitum videtur etiam quod posset vincere proprium appetitum adiuvante. Item Bernardus in libro de libero arbitrio liberum arbitrium est potentissimum sub deo et ibidem dicit quod liberum arbitrium sive [illegible] defectum non patitur quod potissime in ipso eterne et incommutabilis ymago divinitatis videtur. [illegible] iustitia vel gratia [illegible] augetur nec de peccato iustitia decrescit ergo si liberum arbitrium adiutum gratia et iustitia possit superare adversarium pari ratione etiam videtur quod possit per se ipsum. Item spiritus luxurie devincitur et vincitur per continentiam et spiritus iracundie per patientiam et sic de aliis sed continentiam et patientiam possunt habere absque gratia gratum faciente per gratiam gratis datam ergo videtur etc. Item difficilius est vincere se ipsum quam vincere demonem quoniam [illegible] fuit et magis dicit in libro super [illegible] fortior est temptatio carnis quam temptatio hostis sed homo absque gratia gratum faciente potest se ipsum vincere et morti exponere sicut in [illegible] ergo multo fortius videtur quod absque gratia gratum faciente possit de demone triumphare. Contra. Conformis noster in quo nulla est gratia gratum faciens fugit potius devincere et sibi subiugare si ergo non est potioris conditionis homo quam sit demon videtur quod absque aliquo dono gratie possit quis adversarium suum vincere. I Corinthiorum xv [illegible] deo gratias qui dedit nobis victoriam per Ihesum Christum dominum nostrum [illegible] nemo potest de inimico habere victoriam Ergo ergo [illegible] ampliatur nobis per gratiam sicut per gratiam nos iustificat videtur etc. Item Romanorum vii infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius et videtur gratia dei per Ihesum Christum dominum nostrum ergo [illegible] vincit contra [illegible] liberatur a lege peccati et mortis videtur quod absque gratia dei per Ihesum Christum dominum [illegible]

contra

est gratia gratum faciens non possit adversarium vincere. Item super illud Ps. Infirmati sunt etc. glossa: non potentes vitiis resistere propter defectum praevenientis auxilii laborare potest homo sine [illegible] vincere; ergo videtur quod absque auxilio gratiae gratum facientis non potest vincere temptatorem. Et si tu dicas hic est intellectus de gratia gratis data, contra: non dicitur gratum facientem solum. Oportet per aliam glossam super illud Ps. Immissiones per angelos malos etc. ibi glossa: diabolus potentiam habet in peccatore sicut in suo peccatore; ergo cum non possit a peccato eripi nisi per gratiam gratum facientem, non potest nisi per illam eum eripere diaboli; ergo sine illa non potest ipsum devincere. Item vincenti debetur corona, secundum quod Apocalypsis ii et infra dicitur; sed nulli pugnanti contra adversarium debetur corona gloriae nisi ei qui habet gratiam gratum facientem; ergo nullus absque ea diabolum potest vincere. Item quicquid homo faciat et quantumcumque etiam caveat, quamdiu est sine gratia gratum faciente manet in culpa, sicut primus ostensum est; sed cum manet in culpa servus est diaboli; servus est etiam peccati; et quia servus est diaboli, victus est etiam a diabolo, secundum quod dicitur ii Petri ii; ergo absque gratia gratum faciente impossibile est de diabolo

Solutio

triumphare. Responsio. Ad praedictorum intelligentiam est notandum quod differt dicere aliquem resistere diabolo adversario et aliquem vincere adversarium; plus enim importat victoria quam resistentia; nam consistit in hoc quod quis non ~~confirmat suggestionem~~ consentiat suggestioni diaboli, sed victoria consistit in assequendo oppositum eius quod diabolus intendebat. Intendebat enim diabolus hominem inimicum reddere deo et facere dignum aeterno supplicio; tunc enim homo vincit adversarium quando resistit temptationi ut efficiatur maior dei amicus et melior etiam regni; et quia hoc absque gratia gratum faciente esse non potest, ideo concedendum est quod si quis per gratiam gratis datam possit diabolo resistere ut etsi non consentiat suggestioni, tamen absque dono quod reddit hominem acceptum deo ipsum vincere non potest, ut scilicet eius intentionem efficiat digne in caritate vel in merito condigni; et concedendae sunt rationes quae hoc ostendunt. Ad illud vero quod obicitur de eo quod dicitur Caym: Sub te appetitus eius erit, dicendum quod etsi ~~appetitus eius~~ in potestate eius esset appetitum refrenare ut in actum peccati non procederet etiam absque gratia gratum faciente, non tamen ex hoc sequitur quod possit adversarium devincere, quia si sine gratia hoc faceret, esset ibi resistentia per quam vitaret poenam, non tamen esset ibi victoria per quam mereretur palmam. Ad illud quod obicitur quod nulla est potentissima [illegible] deo, et quod non augetur nec minuitur, [illegible] quod ad malum sunt semper ex proposito; hic intelligitur quantum ad privationem actionis, non quantum ad potentiam resistendi [illegible]. Ad id quod obicitur

Ad illud quod obicitur quod spiritus luxuriae vincitur per continentiam, dicendum quod etsi per continentiam quae est absque gratia gratum faciente possit quis resistere spiritui luxuriae, illa tamen resistentia triumphus dici non potest, pro eo quod nec ex hoc assequitur palmam. Ad illud quod obicitur quod potest quis vincere seipsum sine gratia gratum faciente, dicendum quod similiter est [illegible] haereticus qui se exponit morti videatur seipsum vincere, non tamen est ibi victoria sed deiectio; superatur enim ab erroris [illegible] et constantiae perversitate et obstinationis profunditate, et propter hoc magis mittitur confusionem et ignorantiam ex illa mortis passione quam gloriam. Ad illud quod obicitur quod diabolus potest vincere hominem absque gratia, dicendum quod victoria diaboli consistit consistit in subiugando sibi hominem per peccatum; victoria vero hominis consistit in promerendo illud quod diabolus amisit; et ideo sicut facilius est peccare quam in bono proficere, sic facilius est diabolum superare hominem quam hominem adversarium vincere. Praeterea diabolus non vincit hominem nisi volentem et consentientem; diabolus autem numquam vincitur volens; et ideo non sequitur quod si diabolus potest reportare victoriam de homine absque gratia, quod similiter possit esse ergo; immo non est simile sicut ostensum est.

Tertio quaeritur utrum absque gratia gratum faciente [illegible] possit omnia mandata implere. Et quod sic videtur Deut. xxx: Mandatum quod ego praecipio hodie non supra te est nec procul positum etc., sed iuxta est sermo valde in ore tuo et in corde tuo ut facias illud. Hoc autem non esset si observantia mandatorum esset supra posse humanum; ergo videtur quod absque gratia gratum faciente quae est supra humanum posse contingat mandata dei servari et impleri. Item hoc videtur auctoritate [illegible] testatur Matth. xi: Iugum enim meum suave est et onus meum leve. Hoc autem non esset si mandata dei essent supra posse humanum; ergo etc. Item hoc ipsum videtur ratione: multo benignior est deus [illegible] quam sit homo; sed homo potest mandata hominis servare absque gratia gratum faciente, quae sunt [illegible] et multa; ergo videtur quod multo fortius servare possit mandata divina. Item in mandatis dei aut praecipiuntur ipsa [illegible] aut praecipiuntur opera formata; si praecipiuntur opera formata, ergo qui honorat parentem pietate naturali, non faciens id ex caritate, videtur id mandatum omittere quo praecipitur: Honora patrem et matrem tuam, et peccare mortaliter, quod absurdum est dicere. Si igitur ipsa [illegible] sunt in praecepto, et haec constat quod possimus facere absque gratia gratum faciente, videtur quod omnia mandata absque dono gratiae gratum facientis contingit implere. Item nihil difficilius est quam animam suam ponere; maiorem enim caritatem nemo habet etc., secundum Ioh. xv; sed absque gratia gratum faciente potest quis mortem pro aliquo subire; ergo multo fortius omnia [illegible] aliorum mandatorum. Ad oppositum arguitur sic: Ier. x: Scio domine quod non est hominis via eius nec viri ut ambulet et dirigat gressus suos.

sz quicumque implet omnia mandata dirigit
gressus suos ergo non est in potestate hominis omnia man
data implere Item act. xv hic est iugum quod neque
nos neque patres nostri portare potuimus sed per gratiam domini dei
nostri ihesu cristi credimus salvari et loquitur ibi de man
datis legis ergo omnia mandata observare non
potest absque divina gratia Item observatio mandatorum
dei facit hominem dei amicum iohannis xv vos
amici mei estis si feceritis etc sz nullus potest effici
dei amicus absque dono gratie gratum facientis
et caritatis ergo impossibile est absque tali dono
mandata dei observare Item observatio man
datorum dei facit hominem dignum vita eterna mt
xix Si vis ad vitam ingredi serva man
data sz nullus potest mereri vitam eternam absque do
no gratie dei ut dicitur Ro vi gratia dei vita eterna
ergo absque illa nemo potest observare omnia man
data Item sicut fundamentum legis veteris
est timor ita fundamentum evangelii amor
sicut insinuat apostolus Ro viii et expresse dicit
aug ergo sicut mandata legis veteris observari
non possunt absque timore sic mandata evan
gelica impleri non possunt absque caritatis amore
sz donum amoris non est absque dono gratie gratum
facientis ergo absque tali dono non potest mandata
80 omnia impleri Ad hoc dicendum quod tali mandata
dei dupliciter potest impleri uno modo quantum ad genus
operis alio quantum ad intentionem mandantis
Si loquamur de impletione mandatorum quantum
ad genus operis sic per gratias gratis datas
potest ea impleri sicut per fidem mandatum de ado
ratione et per quamdam naturalem pietatem et devo
tionem et mandatum de parentum honoratione
etc Sed aliud est loqui de impletione manda
torum quantum ad intentionem mandantis et sic quod deus
precepit mandata ad hoc quod voluntas nostra con
formetur voluntati sue et hoc non potest esse absque carite
et caritas esse non potest absque dono gratie gratum facientis
mandata dei si intentionem mandantis absque
tali dono non possunt observari et hoc est quod dicit apostolus
Ro xiii Qui diligit proximum legem implevit
et ibidem plenitudo legis est dilectio et i thi i
finis precepti est caritas de corde puro etc
hic etiam ipsum insinuatur deut. vi ubi post
enumerationem mandatorum decalogi subditur
mandatum caritatis quo dicitur diliges dominum deum tuum
ex toto corde tuo etc per hoc igitur ex predictis quan
ta sit necessitas gratie gratum facientis quod non solum est
necessaria ad remissionem peccatorum verum etiam ad victo
riam temptationum et ad observationem man
datorum divinorum contra quod erravit pelagius
qui dixit liberum arbitrium tantum posse habere ut non indi
geret gratia gratum faciente hac igitur positione tamquam
heretica repudiata implorandum est gratia dei
per quam delentur peccata et vincuntur omnia
temptamenta et implentur omnia mandata
non solum secundum opus sed et secundum intentionem mandantis
non solum adiutorium penae verum etiam ad meriti
gloriam et si primus modus observandi potest esse
per gratiam gratis datam secundus non potest esse absque gratia
gratum faciente sicut prius ostensum est et secundum hanc
viam procedunt rationes que ostendunt absque gratia
gratum faciente mandata omnia impleri non posse
unde concedendum est Ad id quod dicitur de deut. quod man
datum non est supra hominem sz ipse dicendum quod hic intelligitur
de observantia quantum ad genus operis Si autem
intelligatur de observantia quantum ad intentionem
mandantis tunc dicitur esse supra non quod homo ad eum
possit in illud per se sine dono gratie sz quia gratia
dei presto est unicuique nec aliquis caret ea
quod gratia desit sibi sed quod ipse deest gratie
Ad illud quod dicitur quod mandata dei levia sunt
et suavia dicendum quod hic intelligitur in re habentis
caritatem huic enim habenti caritatem est facile diligere
minimum sz non habenti est valde difficile et
quasi impossibile et est exemplum in avibus que leves
sunt ad volandum quia habent pennarum habun
dantiam qui vero pennis privantur graves sunt
et volare non possunt Ideo dicunt quod mandata sua
esse levia quia volentibus illa servare et con
nectit adesse dat caritatem et pennas virtutum
per quas possunt volare et se supra se ipsos fa
ciliter elevare Ad illud quod dicitur quod homo potest
mandata implere hominis etc dicendum quod non est
simile quia homo indiget obsequio hominis et
plus considerat actum exteriorem quam inten
tionem interiorem deus autem quia bonorum nostrorum
non indiget et magis intuetur corda quam fa
cies opus hominis non acceptat nisi acceptabilis
sit per eius ei hominis voluntas per quam fiunt
opera illa Ad quintum et ultimum argumentum satis
plana est responsio ex predictis per hoc enim quod man
data dei observari possunt absque gratia gratum faciente
quantum ad genus operis et hoc quidem verum est hanc
potest homo mandatum id honora patrem tuum etc
absque gratia implere ut sic nutet pena posset
etiam facere et alia mandata ad intra aliqua
gratia gratis data et non solum facere aliqua ardua
que videntur ardua sz etiam pati tribulia
in his tamen omnibus non implentur mandata secundum
intentionem et acceptationem divinam hoc expresse
dicit apostolus i Cor xiii enumerans multa genera ope
rum que subiungit Si caritatem non habuero
nihil mihi prodest et hic sunt quod pelagius non con
sideravit propter quod in errorem cecidit et cre
didit aliquem ex simplici mandatorum ob
servantia quantum ad exteriora opera dignum esse vita
eterna quod est contra fidem piam et sanam sicut
aptius ex pluribus manifeste premissa
Consequenter queritur de potestate liberi arbitrii
quantum se extendat absque gratia gratis data
et circa hoc queruntur tria primo que vere
liberum arbitrium sine gratia gratis data possit se ad gratiam
gratum facientem sufficienter se disponere

Ideo quia vox est destitutum possit aliam tentationi resistere ergo quia vox possit perseverare absque omni gratia in bono in genere

Circa secundum sic proceditur et queritur utrum homo destitutus gratia gratis data possit ad gratiam gratum facientem sufficienter se disponere et quod sic videtur Zach. I. Convertimini ad me et ego convertar ad vos dicit dominus. Si igitur dominus querit a nobis non est ad eum gratiam impartiri et antequam aliqua gratia confertur homo potest ad eum converti sed se convertendo ad deum disponit se ad gratiam ergo etc. Item Boetius naturaliter est inserta nobis veri boni cupiditas cum omni gratia gratis data circumscripta salva autem ratione naturalis potest homo veri boni desiderare sed desiderando verum bonum disponit ad donum gratuitum ergo etc. Item omnis potentia naturalis naturaliter appetit propriam perfectionem eo ipso quo illa indiget et apta nata est compleri. Si igitur homo aptus natus est compleri per donum gratie et gratie omni gratia privatus perfectionem gratie desiderabit et queret. Sed illud hoc est ad gratiam gratum facientem se disponere. Videtur etc. Item sufficienter ad gratiam se disponit qui facit quod in se est facere autem quod in se est dicitur homo qui facit id quod est in sua potestate sed homo omni gratia destitutus potest facere quod in se est nam cum dubitat quin possit facere quod potest ergo absque omni gratia potest se disponere ad gratiam gratum facientem. Item homo destitutus gratia gratis data aut potest quod aut nihil sed nihil potest ergo non est inculpandus ex hoc quod non se preparat ad gratiam. Si aliquis potest vocare illud quod potest a. tunc verum est dicere quod homo potest in a. sed faciendo a toto suo posse preparat ad gratiam et quicumque sic se preparat sufficienter se disponit ergo etc. Item peccatum anime non tantum est expulsivum gratie sed et nocivum ~~motivum~~ nec sed omnibus natura refugit plus contrarium et nocivum ergo homo omni gratia destitutus omni gratia destitutus et plus refugit quam naturaliter detestari peccatum et refugere sed detestando et refugiendo culpam se disponit homo ad gratiam ergo etc. Contra Augustinus in libro de ecclesiasticis dogmatibus manet ad querendam salutem libertas arbitrii sed admonente prius deo et invitante ad salutem vel ut eligat aut sequatur aut agat occasionem salutis hoc est inspirationis dei ergo videtur quod nunquam homo nemo potest se ad viam salutis preparare nisi adminicetur per aliquam gratiam gratis datam. Item timor servilis est illud quo mediante declinatur a malo sicut dicitur Prov. XV. In timore declinat omnis a malo sed timor servilis est donum dei et nullus potest disponere se ad gratiam nisi declinet a malo ergo nunquam potest se ad gratiam disponere sine aliquo dono gratie

Item dispositio est eiusdem generis cum eo ad quod disponit ergo ad bonum gratuitum non potest quis disponere nisi per aliquod gratis datum ergo etiam possibile est quod ad id se disponat homo omni gratia destitutus. Item dispositio provenit illud ad quod est dispositum si ergo homo possit se ad gratiam gratum facientem per seipsum disponere ergo possit gratiam prevenire. Si illud hoc est contra rationem gratie prevenientis videtur etc. ad primum. Dicendum quod vix aut nunquam homo destituitur omni gratia gratis data quia nomine gratie gratis date non solum intelligitur illa que enumerat apostolus I Cor. XII alii datur per spiritum etc. sed etiam vocatur gratia gratis data quicquid illud sit quod superadditum est naturalibus adminicans aliquo et preparans voluntatem ad habitum vel ad usum quod sine illud sit gratis datum sit habitus sicut timor servilis vel pietas aliquorum visceribus inserta ab infantia sive sit etiam aliquis actus sive aliqua vocatio vel locutio qua deus excitat animam hominis ut se requirat sive hanc quamcumque gratiam gratis datam vix aut nunquam aliquis hominum usus rationis reperitur et sine hac precedente homo nunquam se disponit nec posset disponere se ad gratiam gratum facientem sicut dicit expresse in hoc de homine et propter conatus hominis ad bonum cassi sunt si a gratia non adiuvantur et nulli sine ne excitantur et preterea dicitur quod deus excitat homo cum sciat cogitative. Sed illud prima dispositio sine qua fit ad gratiam gratum facientem est cogitatio et hoc non est absque dono gratie gratis date impossibile est quod homo omni gratia destitutus ad gratiam gratum facientem disponat seipsum. Ratio autem huius est non quia gratum faciens necessario exigit dispositionem gratie gratis date sed quia ipsa est quoddam divinum et res ex nobis supra homo et etiam supernaturale inductorum ideo homo nunquam assurgit nec ad cognoscendum deum nec ad petendum nisi aliquo modo a sursum excitetur et per aliquod donum gratie gratis datum quod est quasi medium inter donum gratie gratum facientis et naturalem potestatis libertatem tenendum est igitur quod homo ut sic excitetur per aliquod donum gratie gratis date potest ad gratiam gratum facientem de congruo disponere. Si autem totaliter omnimode contingat ipsum destitui nunquam possit ad illam dispositionem venire rationes vero contrarie sunt. Ad illud autem quod primo dicitur in contrarium quod homo non est conversus ad deum dicendum quod homo lapsus nunquam ad deum convertitur nisi aliquo munere gratie excitaretur quod quia presto est ideo dicit dominus convertimini ad me hoc enim ipso quod invitat et vocat ex hoc est habet homo aliquod bonum gratuitum per quod excitetur et excitatus aliqualiter ad ipsum vitatur 80 ut

et commissis per gratiam gratum facientem a deo acceptetur et ex hoc habet dici dignum ad regnum vitae si quis velit attendere ordinem huius et gratiae divinae expresse insinuat pro quanto hic de ... doctoribus ponentes quatuor gradus inter quos gratia provehit hominem ad ... initium salutis nostrae deo instante habemus adquiescendum salutari inspirationi nostrae potestatis est ut adeptam quaedam adquirendum admonitionem cognoscimus divini ... ut non labamur iam adepto salutis munere sollicitudinis nostrae est et celestis parit adiutorii cum hic ergo verbo si quis diligenter inspiciat insinuat valde clare quod possit homo absque gratia nostrae tamen sunt in salutis ... verum imitare adquiescere adiuvare et permanere ... est in operationibus dei ... homo ... munus divini ... sollicitudinis nostrae et divini parit adiutorii et per hoc satis apparet via ad dissolvendum rationes sequentes ad illud ... quod misericordia est nobis vere bonitas dei quod verum est in generali ut ... cognoscatur in speciali quid sit illud bonum et desideraret et requireret hic non est absque dei dono illa autem gratia generalis cupiditatis non sufficit ad disponendum gratiam sicut patet in philosophis qui ... veritatem desiderant nunquam tamen gratiam dei adepti sunt ad illud ergo quod dicitur quod ... appetit suam perfectionem dei quod verum est de perfectione illa quae est ... non autem de illa quae ... aut si de illa ... eo modo quo cognoscit appetit ... non cognoscit in generali speciali sed in generali tantum ... cognoscendo et appetendo non se disponit sufficienter ad donum gratiae sicut primus ... est ad illud quod dicitur quod sufficienter se disponit ... qui facit quod in se est ... quod facere quod in se est hic potest dici ... positive quia facit ad ordinatum ad gratiam et tamen facit quod potest et hic ... veritatem habet sermo ... quod potest ... facere quod in se est ... facit quod potest ... illud non sit ordinatum ad gratiae ... et hoc modo homo absque gratia destitutus potest facere quod in se est et sic ... sermo non habet veritatem et per hoc patet ... ad sequens quod ... aut potest aliquid aut nihil ... quod aliquid nihil potest sed illud nihil est ... gratiae suscipiendae scilicet posse concedere ... posse est ... facit ad hoc quod ... suscipiat donum gratiae ad illud quod dicitur quod homo potest detestari culpam virtute propria ... quod ... contingit detestari culpam aut quia est offensiva maiestatis et contraria divinae aut quia est laesiva propriae naturae primo modo detestandi disponit ad gratiam gratum facientem nec unquam est homo absque dono gratiae gratum facientis

in statu naturae lapsae cognoscere ... culpam offendatur deus donum dei est alio modo est detestari peccatum inquantum est laesivum naturae sicut ab detestatur fornicationem quia per ipsam amisit visum vel incurrit aliud morbum et talis detestatio potest esse a virtute naturae sed haec non disponit ad gratiam gratum facientem et sic patent quaesita per ... qualiter erraverit pellagius qui homo non solum dixit sine gratia posse disponendi se ad gratiam gratum facientem sed etiam mereri eam propria virtute ... enim mendax fuit in hoc quod dixit primam gratiam sufficiente cadere et in hoc quod dixit etiam hominem propriis viribus ad gratiam posse se disponere sequitur ...

Secundo quaeritur utrum homo omni gratia destitutus possit alicui temptationi resistere et quod sic videtur ... in moralibus debilis est hostis qui non vincit nisi volentem sed quisque volens facit potest non facere ergo si ... quis consentit adversario potest etiam destitutus non consentire ac per hoc temptationi resistere praeterea homo omni gratia destitutus adhuc liber est ... est ergo non potest cogi ergo potest repugnare omni temptationi et ... et sic ergo et resistere non solum uni sed etiam omni temptationi praeterea bonum potentius est quam quodlibet malum sed homo omni gratia destitutum adhuc habet ... iudicatorium quod ... est ei ... ergo illud sit bonum potentius est et ... concupiscentia et temptationum ... inclinante ad malum et si hic ergo potest non solum uni sed etiam cuilibet temptationi resistere ... posse virtus naturae gratiae et vitii ... quod dicit ... posse gratiae addit supra posse naturae sed posse vitii ... ergo posse naturae est supra posse vitii ergo ... sed gratia ... manente solum naturali ... videtur quod homo resistere possit vitio impellenti praeterea homo vertibilis est ad malum ... et quaelibet creatura vertibilis est in non esse sed multae creaturae conservantur in esse sine alia gratia gratis data per naturalia principia et ... ergo per rationem videtur quod per hominem gratia destitutum ... virtute absque alio dono gratiae supra apposito possit ... casum in peccatum effugere praeterea demones habent ... integra et splendidissima ergo multo fortius ... homo habens lapsus sed homo non lapsus per se potuit temptationi resistere ergo per ... videtur quod homo lapsus ... possit etiam si sit ... gratia destitutus ... forte tu dicis quod et si sit integrum ... naturale ... infirmatum est et diminutum ... ut non possit resistere ... quod autem potest aut non potest ... et nullus est inculpandus in eo quod vitare non potest ergo ... homo non resistendo temptationi

non peccaret aut in peccando non esset
vituperabilis sed interior hominum est impossibile ergo
restat alterum scilicet quod possit temptationi resistere
Sed contra est vi et ne nos inducas in
temptationem dicitur in oratione dominica sed nullus
postulat ab altero quod potest per se ipsum Si ergo homo
hoc petit sapienter a deo videtur quod hoc non pos
sit homo per liberum arbitrium absque aliquo dono gratuito
Item anselmus diffiniens liberum arbitrium prout habitus est secundum
di. xviii dicit quod liberum arbitrium est facultas rationis
et voluntatis qua bonum eligitur gratia assistente et
malum gratia desistente Sic igitur hec gratia recta
non assistit divina gratia liberum arbitrium malum eliget ergo
nullus temptationi resistere potest Item secundum illud
Ro vii velle adiacet mihi etc glossa habitualiter est
quilibet velle bonum est pro eorum sed tale est
hoc velle quod facit vi carnis superatur ergo videtur quod
absque adiutorio gratie facit tu temptatur re
sanciat homo culpe Item liberum arbitrium in perchigendo
per statum assistentem spiritu adiuvante et hoc expresse
dicit anselmus in libro de libero arbitrio et expresse primitus
est mariter Sed absque gratia salte constituta
libero arbitrio corrupto regit amor proprii boni
ergo videtur quod facit illud preeligat quod necesse est
nisi gratia divina assistat ergo idem quod primus
Item mors non inest naturaliter nisi per peccatum ergo
ubi est necessitas moriendi videtur quod non assistit
gratia dei potest subire necessitas peccandi sed ubi
est necessitas peccandi non est potestas resistere
di temptationi si ergo habet hoc liberum arbitrium
prout est gratia destitutum patet etc Item habens
pedem claudum cum ambulat necesse habet
claudicare ergo pes spiritualis est habens
affectum deordinatum et obliquum necesse est clau
dicat in suo actu ergo necesse liberum arbitrium gratia
destitutum cum sit lapsum et obliquatum
precipitabitur in peccato quod si hoc impossibile
quod absque dono gratie temptationi resistat
Responsio ad predictorum intelligentiam est notandum quod
aliqui senserunt liberum arbitrium in statu in quo
nunc est absque munere gratie omni temptationi
posse resistere propria virtute quod si hoc non
esset peccatum ei imputari non deberet sed
hec positio plane falsa est et contra sacram scripturam
et contra testimonia sanctorum Sicut enim nemo potest
resistere temptationi de luxuria nisi per
continentiam nemo temptationi de infide
litate nisi per fidem continentiam autem et fidem
non quis habere absque dono divine gratie
iuxta illud quod dicitur sap. viii scio quod non possum esse
continens et i cor xii alii datur fides
in eodem spiritu planum est quod ex ipsa sacra
scriptura liberum arbitrium absque munere gratie non potest
di temptationi resistere hoc etiam magister
multum probat augustinus in libro de perfectione
iustitie hominis et de natura et gratia et in libro de
vera religione et expresse quod qui non vult
a malo superari necesse habet alii inniti de re
et ita vir sine lege necesse habet peccare aliquo
peccato immediate sed et de aliis quibus
peccatorum intelligendum est esse et propterea iam posita
contra terminum et erronea repudianda est
hec autem fuit quod deceperit pelagium quod liberum
arbitrium in quantum destituitur omni dono gratie constituta
et posse gratie attribuunt ipsi nunc experimentum
ex citatus nescierunt distinguere inter
dona naturalia et gratuita aliorum vero positio
fuit quod liberum arbitrium lapsum omni gratia destitutum
nullam possit temptationi resistere propterea quod
lapsum est et in lapsu suo adeo est in
firmatum et obliquatum quod nisi assistat divina
manus dominum inclinatur ad omne malum quod
sibi suggeritur et offertur et intelligitur secundum
illam glossam que dicit super psalmos immissiones
per angelos malos dicitur hic peccatum in
peccatore sed in ipso peccatore et ex hoc arguunt
quod non assistit divinum auxilium faciet id pro vale
sua ruere de peccato in peccatum et ideo alia glossa
super psalmum ait nescientia eum temptantem
peccatum accepisse ut vincat eum nemo posset
resistere hic intelligendum est esse divini presidii
auxilio divine gratie et si tu obicias ei quod
tunc homo culpandus non esset Item
pro illud quod dicitur in glossa Ro vii non ego operor
sed quod habitat in me peccatum illa glossa magis
quod iniuste homo dicetur peccare immunis
videretur attamen non intelligunt sibi prius eum
vitio et defectu hoc accepta sunt quod non
inchoaverit sed posterius peccato inde do
minatur illius sed quod illud valde durum
videtur dicere quod liberum arbitrium institutum nulli possit
temptationi resistere cum naturale habeat iudi
catorium et quendam instinctum naturalem
remurmurantem contra malum non sit etiam ita ma
lo confirmatum ideo est tertia via tenens
medium inter hec duo quod prima quod liberum arbitrium
gratia destitutum nec omni possit temptationi
resistere nec necesse habet temptationi omni
succumbere non posset in qua de resistere
propter suam instabilitatem et infirmitatem
ad gemitum pro malis quibus incepti sumus
ad illud qd̄ ob̄ qd̄ bonis mediocribus contingit
male uti dicendum qd̄ illud verum est de his que
mouentur ad nutum liberi arbitrii s̄z cuius
actum p̄tacite attenditur usus et abusus sin
deresis autem cum sit potencia naturalis et naturaliter
moueatur nō subest imperio liberi arbitrii et ideo nō
sequitur qd̄ liberum arbitrium possit ea abuti preterea esto qd̄ po
ssit illa abuti adhuc nō sequitur qd̄ propter hoc
esset peccatum quoniam cum liberum arbitrium abutatur oculo
cum intuetur ad concupiscendum tm̄ peccatum nō dicitur
esse in oculo peccatum enim nō est in eo quo quis
abutitur s̄z potius abutente

Tunc in ista parte sunt dubia circa litteram et primo quia
dicit hoc qd̄ dicit qd̄ velle malum malum est
s̄z intelligere mala nō est malum quero unde sit hoc
et videtur qd̄ similiter sit in actu intelligendi et in
actu volendi actus enim recipit denominacionem
ab obiecto ergo sicut velle malum est malum
ita et intelligere et preterea intelligere dicit motum a rebus
ad animam et velle dicit motum ab anima ad res
ergo videtur qd̄ plus pendeat actus intelligendi a re
intellecta quam actus volendi a re volita ergo
si malicia a volito et intellecto porrigitur dep̄imi
actus intelligendi quam actus volendi R*espondeo* dicendum Ro
qd̄ a malicia existente in obiecto magis de
prauatur actus volendi quam actus intelligendi
et ratio huius duplex sumitur tum ex parte virtutis
tum ex parte obiecti ex parte virtutis quoniam
est vis amoris ut transformet amantem
in amatum unde qui diligit iusticiam iustus fit
et qui diligit iniquitatem iniquus fit et propterea
dicitur de malis qd̄ facti sunt abhominabiles
sicut ea que dilexerunt nō sic est de actu intelligendi
nam et si aliquo conformet nō tm̄ transformat
hoc autem quod est propter maiorem vim unionis que
consistit in ipso amore sicut enim dicit dionysius amor est
diuina vis unitiua propterea dicitur i Cor vi
qui adheret deo unus spiritus fit alia est ratio
ex parte obiecti bonum enim in quantum bonum est obiectum
affectus nō intellectus intellectus autem et mens
obiectum est verum sub ratione veri vel bonum sub
ratione veri et hinc est qd̄ intellectus qui intelligit
falsum falsus est nō tm̄ qui intelligit bonum est bonus
affectus vero nō dicitur esse falsus per veritatem falsum
quamuis dicatur esse malus qui vult malum
vel bonus cum vult bonum virtus enim appositum
obiecto denominatur quero et primo hoc sequitur eiusdem
differentiam abiectionem illud enim probatur manu
in di xl ubi ostendit intellectum peccatum debeat
esse a voluntate et preterea quero de hoc qd̄ dicit qd̄ superior Qo
scintilla racionis bonum vult et malum reddit
ergo impossibile est voluntatem simul et semel mo
ueri duobus motibus ~~sicut in peccato~~
~~pre est vult~~ ciuis vel desperans
s̄z nō aliter vult malum ergo nō videtur qd̄ illa

habere velit bonum finem ergo dicit Eustratius quod illa sententia semper vult bonum. Sed si tu dicas quod voluntas naturalis et deliberativa sunt diverse potentie et ita simul possunt moveri diversis motibus contrariis, in littera precedenti habetur contrarium, quod illa voluntas que vult bonum generaliter adveniente liberatur vel adiuvatur, si ergo voluntas que contraria adiuvatur et liberatur, hec est illa in qua habet consistere peccatum. Videtur quod eadem sit potentia voluntatis qua homo vult naturaliter bonum et qua aliquid et malum. Si tu dicas quod eadem est voluntas tamen disposita diversis habitibus et secundum illorum habituum diversitatem potest habere diversos motus. Contra quia hic quod illa potentia est unita et simplex, ergo quando convenit sibi adesse unus habitus non potest se convertere simul et semel bene et male. Ad actum alterius habitus contra non movebitur simul et semel bene et male. Non ergo semper vult bonum quod secundum hoc ... datur et ratio in contrarium quod nulla virtus destituitur sua naturali et propria operatione et maxime virtus naturalis cuius est moveri uniformiter. Ergo videtur quod actus naturalis voluntatis qui est appetere bonum simul stet cum actu voluntatis deliberative qui est velle malum. Respondeo dicendum quod sicut dicitur in littera duo sunt hic modi dicendi. Quidam enim dicunt quod actus quo voluntas naturaliter vult bonum non est diversus vel distinctus ab eo quo voluntas vult deliberative malum, sicut malo culpe in actu exteriori subsistente bonum nature. Unus et idem actus est bonus bonitate nature et malus malitia moris secundum quod intellexi et in veritate quod voluntas naturaliter vult bonum in quantum vult actum substratum, vult nichilominus malum in quantum illum actum deformat. Sed illud non sufficit dicere cum tu ambos dicat quod homo naturaliter vult bonum, non intelligit de bono nature tantum quod quidem est actus voluntatis sed etiam moris. Vult enim equitatem et odit iniustitiam naturali voluntate et propterea alio modo dicitur quod ut ponitur in littera quod duo sunt motus et alius est motus quo voluntas appetit naturaliter bonum et alius quo voluntas deliberative vult malum. Utrum autem possint esse simul hic non declarat et tamen hic est diversa opinio doctorum. Quidam dicunt quod possint esse simul propter quod partes deliberative non excludunt actum naturalem et unus istorum actuum est voluntatis ut movetur naturaliter et alter ut movetur deliberative. Sed cum voluntas naturalis et deliberativa secundum quod ... sint una est potentia et eadem, que plene movetur in bonum vel in malum non potest simul et semel moveri motu opposito et disparato propter simplicitatem potentie. Ideo dicunt alii quod motus voluntatis naturalis non est semper actualiter in bonum et dicitur in littera quod semper vult bonum hoc intelligitur habitualiter. Impeditur autem et suffocatur per malitiam voluntatis deliberative ut non exeat in actum sicut est in damnatis in quibus synderesis non instigat ad actum bonum et in statu [illegible] autem sic dicitur utrum simul possit esse motus voluntatis ut est naturalis

cum motu voluntatis ut est deliberativa. Hoc tamen verum est quod voluntas naturalis que bonum appetit non est semper in suo actu, quia non semper cogitat de bono, et tamen etiam cogitat frequenter in illo affectu. Et ideo littera illa exponenda est quod habet quod dico semper dicat connaturalitatem quantum ad habitum volendi non quantum ad actum. Et quod dicitur quod virtus non privatur propria operatione, dico quod illud intelligitur de operatione speciali que respicit esse rei. De operatione vero generali ... aliquando extrinseci et non semper habet veritatem, quod non privetur actione. Fere enim omnes virtutes videmus in suis actibus recipere interpolationem. Necesse tamen ... esse otiosas vel propria operatione privari dum in actu [illegible] nate sunt exire per locum et tempus. Restat querere de hoc quod dicitur cum homo naturaliter velit bonum non tamen cogit quemquam habere bonam voluntatem et videtur quod immo, quia meliori modo inest aliquid quod inest ei naturaliter quam quod inest accidentaliter. Ergo sicut sequitur si deliberative vult bonum quod habeat bonam voluntatem, ita sequitur quod si naturaliter vult bonum quod habeat bonam voluntatem. Preterea quod naturale est non assuescit in contrarium. Ergo si homo naturaliter vult bonum numquam assuescit velle malum, falsum ergo dicitur quod homo naturaliter velit bonum. Aut si dicitur, videtur quod quia homo naturaliter vult bonum vult quod sit semper bonus. Respondeo dicendum quod voluntas inchoatur in appetitu naturali et consummatur in virtute deliberativa. Unde est voluntas simpliciter bona et recta nisi sit recta in quantum movetur deliberative et in quantum naturaliter. Et ideo sicut illud argumentum non valet: homo est ibi quod et simpliciter velle est castus naturaliter, ergo est castus, ita illud non sequitur: vult bonum naturaliter, ergo habet bonam voluntatem. Ad illud quod obicitur quod meliori modo inest quod inest naturaliter etc. Dicendum quod ista propositio veritatem habet cum illud quod inest accidentaliter non presupponit illud quod inest naturaliter. Cum autem presupponit tunc non habet veritatem. Sicut enim melius est bene vivere quam vivere quia et bene vivere presupponit vivere, sic melior est voluntas que recte movetur et naturaliter et deliberative quam naturaliter tantum. Ad id quod obicitur quod naturale non assuescit in contrarium, dicendum quod id verum est de eo quod est simpliciter naturale, videlicet de eo quod non inchoatur a natura et consummatur ab assuetudine vel et cetera. Ad [illegible] et tale est velle bonum [illegible]

Deinde [illegible] distinctio [illegible] de actibus [illegible]

Supra ostendit qualiter voluntas ex fine habeat rectificari et depravari. In hac parte intendit ostendere qualiter actus et opera rectificari habeant et depravari secundum effectum et finem et quomodo obliquo [illegible] et malum per bonum. Et ista habet duas. In prima parte inquirit utrum intentio faciat opus bonum. In secunda inquirit quomodo ex obliquitate intentionis sine voluntate habeat fieri opus malum ibi [illegible] intentio ut supra dictum est. Prima pars dividitur in partes duas

in prima non ostendit ex parte pensari habet boni vel mali ex intentione et sine hac secunda
quod utrum hec sit equaliter vera quod bonitas
operum causetur ex bonitate intentionis ibi sed
quod utrum omnia opera hominis etc. Et illa secunda
pars subdividitur in partes tres in quarum
prima recitat diversorum opinionem in secunda con
firmat alteram illarum auctoritate augustini ibi sed
aug evidentissime docet In tercia versore
dicit ad questionem ad ... reliquam ibi quid ergo dicendum
d m ... partis ... ...
agit primo de bonitate operum qua sunt ex
intentione intendit hic quod ... et pro quod
de bonitate quam opera ab intentione recipiunt
secundo vero quod de bonitate quod opera intentioni
superaddunt tercia primi quia tria pro quod de
bonitate operum quod ad qualitatem utrum vero
qualitas operum qualitati intentionis equaliter
correspondeat secundo quod quod ad quantitatem
vero utrum quod quis intendit tantum faciat
3o quod quod ad ... utrum si bona intentio
absque operibus sufficiat ad salutem
Circa primum sic proceditur et quod utrum qualitas operis
corr... qualiti intentionis et hec est
querere utrum de opere quod sit bona intentio
sit bonum et quod sic ... ...
...
imponit ... ...
et intentio sine affectus ... denominat ...
etiam quod informet ... sua ... arbor ...
quod operatur ... bona facit ... ...
... quod est arbor ... bona intentio ...
quod bona ergo ... quod faciat bonum ... actus non est
... ...
et voluntas nec bona nec mala nisi quod in
tentionem ... ... ergo bonitas ...
facit bonitatem in opere et bonitas intentionis
facit bonitatem in ... ergo ... qualitas operis
causatur a qualitate intentionis ... potencia
est bonum ... boni quod malum ... mali ... quali
... sit bonum opus et ... sit bonum de
... ... mala intentione ergo multo for
tius qualecunque sit opus et ... malum
... ... bona intentione et ... hinc
argumenti illud ... ...
similiter et ... ... oppositum est
... oppositi et ... oppositi si ergo mala
intentio ... causat malum bona ... causat
bonum ... esto quod aliquis ... facit opus
malum bono fine ita quod malicia sit in opere
et bonitas in intentione aut intentio perma
net bona quod ... malo aut intentio
fit mala ex opere bono malo aut intentio
facit bonum ... ergo simul et semel ...
... et demeritum quod est impossibile ...
... opus est effectus intentionis ... effectus
non ... ... ergo ... intentio
... ...
... ...

Ad ... quod ... opus de se sit malum ...
... ab eo qui operatur ... ... intentionem sicut
ab eo qui ... caret usu rationis non est aliquod
culpabile ergo ... ... intentionis opus ...
de se sit malum ... ... malicia et fa
cere quod non sit malum ... ...
... quod rectitudo intentionis operis ...
de se malum ... facere bonum ... ...
hugo de sancto victore amor ... amatis
... ... qualis
... sit intentio ... si voluntas ...
malum ... ... malam ergo non
... quod qualitas operis correspondeat qualiti
intentionis ... ... et quod alia sunt ...
... ... sunt mala et ...
theologi esse mala ... ...
... ... malicia ...
quod ... actus non ... fieri bonum ...
... ... est malum quod ... est ...
dei mandatum ... intentio ... non ... ...
mandatum ... ... non ... facere ...
... ... mandata dei non peccet
ergo ... bonum intendat ... mandatum
dei faciat non erit bonum ... malum ergo non
est equaliter verum quod qualitas operis a
qualitate intentionis causetur ... bonum
absolutum presupponit bonum ... ...
Nichil enim simpliciter et absolute est bonum nisi
vestitum debitis circumstantiis ...
... aliqua sunt opera que ... debita carentia
debite circumstantie sicut ...
... ...
ergo ... quod ... aliquis ... faciat bona in
tentione non erunt simpliciter bona ergo ...
quod qualitas operis ... qualitati
intentionis ... ...
est notandum quod ... ...
opinio sicut ... ...
... ... quod equaliter ... opera
bona vel mala pensantur ex intentione
... ... quod opera ... pensantur
equaliter bona vel mala ... ... que
... sunt ... quod fiant ... vel male
... ... que sunt mala ... ... ex
intentione pensari non ... quod ... inten
tione fiant ... mala sunt quelibet ...
opinionum ... ... si recte intelligatur
intentionis ... qualitas ... ...
... quod intentio ... ... modo
intentio ... ...
non ... ... ordinaret
... quod est ad finem ad ... finem ...
appetit et ... ... intentio
bona vel mala ... ... intentio ...
in qua est perfecta et bona ordinatio ...
ad finem intentum et ... mala ...
est ordinatio ... ... et hoc modo
bonitas intentionis non ... respicit bonitatem
finis

Sed etiam rectum ordinem eius operis ad finem adiungit
finem habet cum duo necessario requiruntur ad hoc
quod oculus sit simplex sicut dicit glossa ad Eug
vero quod veritas sit in electione et caritas
in intentione et hoc est dicere quod tunc est oculus
mentis simplex sive intentio bona quando
habet amat finaliter quod est amandum et eligit
quod est eligendum et hoc modo qualitas
operis sequitur et ducit qualitatem intentionis ut
habet instantia ymmo si oculus est simplex totum
corpus est luminosum et si oculus est tenebrosus
id est intentio mala et opus iudicatur
malum. Alio modo dicitur intentio bona quia illud
quod finaliter intendit est bonum et mala quia
quod intendit finaliter est malum et hoc modo non est
generaliter verum quod qualitas operis consequitur
qualitatem intentionis et hoc dico quod ad qualitatem que spectat
bonitas requiritur cum mentitur ut pote ad li
berationem innocentis vel furatur ut pascat pau
perem non dicitur benefacere sicut dicit Augustinus et etiam apostolus
non sunt facienda mala ut veniant bona.
Quantum autem ad qualitatem malitie non habet insta
ntiam ymmo necessario malicia operis correspon
det intentioni male intendenti quamcumque
cum sit opus dummodo faciat illud sub mala inten
tione deus qui scrutatur corda mala reputat
Quoniam cum ad bonitatem operis necessario requiratur
intentio boni finis sola illa desistente opus
iudicatur esse malum non tamen illa sola assisten
te iudicatur esse bonum quia plura requiruntur
ad construendum quam ad destruendum. Ex
hiis patet responsio [illegible] ad oppositum et etiam ad
obiecta pro magna parte. Nam obiecta probant
quod vitas operis non correspondet bonitati in
tentionis loquuntur de bonitate intentionis prout
respicit ipsum finem et sic verum concludunt
quod ad hoc quod opus sit bonum non sufficit
quod homo intendat bonum sed etiam exigitur quod etiam
via tendat ad bonum. Acta vero ad oppositum
magna parte procedunt alia via. Unde dicitur
intentio dicitur bona non solum quia intentum est
bonum sed quia etiam quia ordinata est bona et sic
intelliguntur auctoritates ambrosii. Prima dicit affectus tuus
operi tuo nomen imponit et secunda et tertia non
potest non esse bona in se nec etiam bona ar
bor quod bonitate intentionis nisi sicut quia intentio
dicitur esse bona quia bono modo ad finem bonum tendit
Ad illud quod obicitur quod mala intentio sufficit ad
faciendum opus malum dicendum quod non sequitur ex hoc
quod similiter intentio boni sufficiat ad bonum
facilius est enim destruere quam construere et quia
bonum attenditur secundum constitutionem ex integris
circumstantiis malum vero attenditur ex quolibet
privatione hinc est quod malum est multifarium et bonum
uno modo et ideo non sequitur quod si defectus alicuius
rei sufficit ad faciendum malum quod propterea eius
sufficiat ad faciendum bonum plura enim exiguntur
ad bonum ut est ibi locus a simili nec a minori

Rursus quia malum est privatio boni et in
talibus non tenet consequentia in ipsis sed potius econverso
Ad illud quod obicitur quod prava potius dicit influere in
opus quam econverso dicendum quod opus non facit intentionem
malam aliquid influendo sed potius deficiendo
quia cum opus de se inordinatum est et inten
tio non potest illud deordinare hinc est quod dum illi
operi se applicat seipsum deordinat. Ad
illud quod obicitur quod privatio intentionis privat malitiam
ab actu dicendum quod non est simile pro eo quod privatio
intentionis dicitur privare malitiam ab actu
non quia aliquid intentionis conferat ipsi actui
sed potius quia trahit actum illud extra genus
moris quia non est opus morale nisi quod sit ex
intentione et ideo consimilis est modus arguendi
in ista ratione et in precedenti que arguebatur ex
oppositis mali ad bonum. Non enim videtur sufficiens ad
destruendum quod sufficit ad ponendum.
Secundo queritur utrum quantum quis intendit tantum
faciat ut sicut opus ab intentione recipit
aliquo modo qualitatem ita etiam recipiat quantitatem.
Et quod sic videtur super illud Matthei xii Bonus homo de bono
thesauro etc. Glossa quantum bonum intendis tantum
facis. Item hoc videtur ratione omne agens per inten
tionem prefigit sibi finem ad quem opus suum mensurat
ergo si omne opus morale est ab agente per
intentionem omnis operis moralis mensura
attenditur in comparatione eius ad finem sed comparatio ad fi
nem est intentio ergo quantitas totius operis
moralis penes intentionem capitur. Item sicut
qualitatem caritatis attenditur meritum ex parte
operis et secundum magnitudinem libidinis attenditur
magnitudo erroris peccati. Sed ipsa caritas ut dicit
B. respicit intentionem et similiter libido que
dicit delectationem in bono creato ergo videtur quod quantitas
omnis operis moralis secundum intentionem mensuratur
Item si aliquod opus de sui genere veni
ale est peccatum nichilominus ille qui facit illud mor
taliter peccat si intendit peccare mortaliter
hoc autem non esset nisi opus reciperet quantitatem
in genere moris ab intentione. Contra si quantum
quis intendit tantum facit ergo si unus sive aliquis
alius parvus sanctus intendat mereri gloriam
petri meretur gloriam petri et si amplius
intendat amplius meretur ergo alicui minore
caritatem reddatur maius premium quod est plane falsum
Item si quantum quis intendit tantum facit ergo si aliquis
adulterans ulterius intendit peccare
venialiter peccat venialiter. Quod iterum hoc est
plane falsum manifestum est quod quantitas operis non
[illegible]tatur a quantitate intentionis. Item quanto aliquis
est humilior tanto minus bonum credit se facere
sed intentio sequitur credulitatem quia fides dirigit
intentionem ergo quanto aliquis humilior est
tanto minus bonum intendit facere si ergo bonitas
operis mensuratur penes quantitatem intentionis
videtur quod quanto quis esset humilior tanto opus eius
esset minus bonum quod hoc est plane falsum ergo etc.

Item unus simplex non facit, propter peccatum credite, gravissimum peccatum, alius impius et iniquus tamen facit maximum peccatum credit valde parum peccare. Si ergo operis mensura pendet ab intencione, videtur quod iniquus et maliciosus unus peccat minori genere peccati quam unus simplex in genere peccati contradicit. Item dicit circa hoc plane sicut ergo et illud ex quo sequitur videlicet quod quantitas correspondeat quantitati intencionis. Respondeo dicendum quod sicut in precedenti problemate dupliciter distinguitur quantitas intencionis sic et in hoc intelligendum est quod quantitas intencionis duplex potest intelligi videlicet aut racione actus intendendi aut racione ipsius intenti et secundum hoc distinguitur ista locucio duplex quod intendens tantum facit quantum et quantitas potest esse nota vel adubia si tantum et quod sunt adubia tunc dicitur quantitatem actus intendendi et sic est locucio vera generaliter sive in bonis sive in malis et quoniam actus intendendi est intensus in bonitate et malicia tantum opus exterius bonum est vel mala omne enim meritum et demeritum ad actum voluntatis reducitur licet circumstancie exteriores aliquo modo faciant ad maiorem voluntatis depravacionem. Si autem tantum et quod sunt nota tunc dicitur quantitatem ex parte intenti et sic non est generaliter verum. Videlicet modo quod opus exterius factum non proporcionatur ei quod intencio intendit. Frequenter enim homo intendit facere magnum bonum et facit parvum quod medicam est caritatem habet tamen aliquo veritatem in malis videlicet intendendo licet non omnino et parum tantum et quod dicunt quidam proporcione comparativa proporcionabilitatis non commensuracionis equalitatis. Unde qui intendit multum peccare multum peccat qualecumque opus faciat. Non tamen qui intendit parum peccare parum peccat maxime si opus facit quod multum habet de deformitate. Ex hiis patet responsio ad racionem propositam. Concedo enim quod quantitas bonitatis et malicie operis correspondet quantitati bonitatis et malicie in intencione. Secundum quod quantitas intencionis attenditur ex parte intenti sicut ostendunt raciones que ad hanc partem inducuntur. Ad illas autem duas raciones que ultimo inducuntur in oppositum dicendum quod non cogunt pro eo quod non est idem dicere de aliquo quod credit facere magnum vel parvum bonum sive malum et quod intendit aliud est enim estimacio aliud intencio et quantitas operis sequitur ~~intencionem~~ estimacionem non tamen sequitur intencionem. Propter hoc ille due raciones sicut etiam he procedunt de quantitate intencionis ex parte intenti. Contingit enim simplicis homo intendat parum facere nichilominus tamen magnum bonum et equaliter intencio dum ex magna virtute movetur ad id faciendum. Sic tamen iniquus homo intendit modicum malum facere tamen ex permagna libidine facit multum seu valde et pena cum ita est ideo minimum adiecit bonum facto et ideo non sequitur quod minus peccat ille qui est magis maliciosus.

Tercio queritur de bonitate operum quo ad meritum utrum scilicet intencio absque bonis operibus sufficiat ad meritum vitam eternam et quod sic videtur. Augustinus de hoc ait intencio sufficit ad meritum bona accio requiritur ad premium ergo videtur quod opus non requiritur ad meritum vite eterne. Preterea sicut necessaria bonitas actionis exterioris. Item super illud Psalmi Confitebor tibi domine in toto corde meo, per opera iudicatur ergo tantum valet bonum velle quantum velle et operari. Item Gregorius in quadam omelia non est vacua manus a munere cum archa cordis repleta fuerit bona voluntate ergo plenitudo intencionis et voluntatis equivalet plenitudini operis ergo sicut illa potest sufficere ad salutem. Item mereri vitam eternam est in potestate nostra sed opera exteriora non sunt in potestate nostra ergo videtur quod opera exteriora non sunt necessaria ad meritum vitam eternam sed ad meritum vite eterne videtur sufficere intencio sola. Item intencio et voluntas non pendet ex opere ergo opere non existente potest esse bonitas tam in voluntate quam in intencione. Sed qui habet bonam voluntatem et intencionem est iustus et omnis talis habet quod sufficit ei ad vitam eternam ergo ad meritum vite eterne videtur sufficere intencio sola. Item intencio et voluntas non pendet ex opere ergo opere non existente potest esse bonitas tam in voluntate quam in intencione. Sed qui habet bonam voluntatem et intencionem est iustus et omnis talis habet quod sufficit ei ad vitam eternam igitur ad meritum vite eterne videtur intencio sufficere absque exteriori opere. Contra Matthei xxv esurivi et non dedistis mihi manducare ita dicit Christus reprobis et propter hoc fecit sentenciam dampnacionis contra eos sed igitur propter defectum bonorum operum quis dampnatur exercitium bonorum operum est ad salutem necessarium ergo intencio sine operibus non sufficit ad meritum. Item Jacobi ii fides sine operibus vacua est sed non est efficacior ad merendum intencio quam fides ergo si fides non sufficit ad meritum sine operibus pari racione nec intencio. Item Gregorius in quadam omelia amor dei nunquam est ociosus operatur enim magna si est. Si autem operari negligit amor non est ergo si opera non assunt non adest veritas amoris sed nichil est meritorium vite eterne nisi veritas amoris et caritatis igitur circumscriptis operibus intencio non sufficit ad meritum. Item philosophus dicit quod ad virtutem tria requiruntur videlicet scire et velle et immutabiliter operari ergo si non est opus non est salva virtutis racio sed ubi non salvatur virtutis racio non potest salvari sufficiens meritum ergo videtur quod absque opere vitam eternam non quicumque sufficit mereri. Item si sola intencio vel voluntas interior sufficeret ad meritum sed hinc gratiam facillimum est velle bonum ergo facillimum est mereri vitam eternam contra quod dicit Augustinus quod nichil est operatum est quod dicit ad salutem

So

80 Ad secundum dicendum quod tunc quando voluntas intencio et votis interior sufficit ad meritum absque opere exteriori distinguendum est. Aut enim ille qui habet intencionem habet facultatem bene operandi aut non. Si non habet facultatem tunc nemo obligatur ad impossibile. Si bona habet voluntatem ad directam intencionem tunc sola plenitudo votis interior sufficit ei ad meritum vite eterne absque exteriori operacione. Si autem assit facultas et se offert opportunitas intencio non potest ad meritum sufficere absque operacione, aut hoc est duplici mandati obligacione et virtutis perfectio et votis plenitudo. Primi mandati obligacio facit ut intencio sine operibus non sufficiat cum se offert opportunitas et facultas. Mandata enim dei non solum obligant ad volendum sed etiam ad faciendum, et ideo qui non implet divina mandata cum possit potius meretur iram quam graciam meretur. Virtutis etiam perfectio est secundo quare non sufficit sola intencio quia virtus est ultimum potencie et ideo elevat potenciam ad aliquid magnum et arduum. Potencie autem anime non habent suam utilitatem sive perfectionem completam nisi exerceant in opera sibi debita cum adest facultas et opportunitas, et ideo illa intencio qua quis vult et intendit bonum et tamen non facit cum possit non est intencio virtuosa ac per hoc nec meritoria. Votis etiam plenitudo tercio est quare non sufficiat sola intencio quia plena voluntas ponit effectum si possit. Voluntas aliquando non dicitur hoc aliquid plene velle si non facit quod possit facere sed semiplene et pigre vult sicut piger qui vult et non vult, et propterea dicit Gregorius quod nemo de se blandiatur de bona voluntate, immo de dileccione exortatur limosinis mens et manus debent regi, et sicut ortatur nos beatus Johannes 1 Johannis 3: diligamus etc. non solum verbo et lingua sed opere et veritate. Quando igitur cum adest facultas et se offert opportunitas absque operibus exterioribus non est mandatorum dei implecio nec virtutis perfectio nec votis plenitudo, et absque hiis non est sufficiens meriti. Sequitur quod ad meritum vite eterne non sufficit bonitas intencionis absque bonitate operis exterioris et racio que hic videntur sic procedere. Ad illud quod primo dicitur in contrarium dicendum quod bona intencio sufficit ad meritum. Dicendum quod loquitur de intencione aliorum operum que non sunt in precepto, non eorum illorum que in precepto sunt. Vel dicendum quod loquitur in eo casu quando non adest facultas bene operandi exterius. Ad illud quod secundo dicitur quod voluntas perfecta reputatur dicendum quod verum est quando non se offert opportunitas et facultas bene operandi. Ad illud vero quod tercio dicitur quod non est vacua manus a munere dicendum quod faciendum est vobis in Actibus quod dicit quod archa cordis repleta fuit bona voluntate, nunquam enim sic dicitur cum plenam voluntatem habet qui potest

facere bonum illud cum habet voluntatem et ad finem tamen non pervenit. Ad illud quod quarto dicitur quod opera non sunt in potestate nostra dicendum quod hoc solum concludit quod in eo casu sufficiat intencio quando deest facultas ad perficiendum opera bona. Ad illud quod quinto dicitur quod bona voluntas non pendet ex operibus dicendum quod verum est. Actu tamen adest facultas plena voluntas necessario ponit bonum opus, ita quod si bonum opus non ponitur aut nunquam voluntas fuit plena aut desinit esse plena. Et ergo sine operibus non sufficiat. Hoc non est quod plenitudo bone votis ex operibus pendeat, sed quod bona voluntas si plena est necessario in bona opera redundat essentialiter sufficienter et optime.

Consequenter queritur quantum ad secundum principale de bonitate quam opera superaddunt bonitati intencionis, et circa hoc queruntur tria. Primo queritur utrum aliqua addant opera bonitatem vel meritum supra bonam intencionem racione prerogative dignitatis. Secundo queritur utrum addant racione quantitatis ex parte dati. Tercio queritur utrum aliqua addant racione intensitatis. [Materia]

Circa primum sic proceditur et queritur utrum opera exteriora aliqua addant supra bonam intencionem racione sue excellencie et dignitatis sicut sunt opera privilegiata. Et quod sic videtur super illud Apostoli 2 [ad Corinthios] que sit supereminens magnitudo etc. Glossa: quoddam incrementum glorie habebunt summi doctores ultra id quod communiter habebunt alii. Hoc autem non est nisi racione doctrine quam aliis contulerunt. Ergo etc. Item in ecclesia cantus magis solempnizantur martires quam confessores sed constans est quod ecclesia sanctis exhibuit honorem secundum meritorum suorum exigenciam, ergo maiori gloria digni sunt qui mortem pro Christo perferunt quam illi qui solum pati volunt. Item Christus meruit aliquid nobis per passionem quod ante non meruerat nobis ut porte apercionem ianue et multarum carismatum diffusionem. Si ergo caritas Christi fuit eminentissima ab instanti concepcionis et maioris fuit efficacie tempore passionis quam sine, videtur ergo quod in qualibet alio excellencia operis exterioris addat ad meritum bone votis sive intencionis. Item bonum additum bono facit ipsum magis bonum, sed opus privilegiatum est bonum, ergo additum intencioni facit eam magis bonam. Sed quod addit ad bonitatem addit ad meritum. Ergo etc. Contra si opera privilegiata nil adderent supra bonitatem intencionis ergo qui ea faceret facere frustra laboraret. Sed ergo impium est dicere quod qui facit opera excellencia frustra laborat. Videtur quod opus excellens addat supra bonitatem intencionis. Sed contra de beato Martino cantat ecclesia: O beata anima quam etsi gladius persecutoris non abstulit palmam tamen martirii non amisit. Ergo ita videtur quod beatus Martinus habuit palmam martirii per bonitatem intencionis sicut si sustinuisset acerbitatem passionis. Ergo non videtur quod opus excellens aliquid addat

supra bonitatem intentionis. Item operans non placet propter opus sed magis opus propter operantem, quantumcumque illa opera sint nobilia. Ergo quemcumque deus approbat operantem tantum approbat opus; ergo non videtur quod propter hoc maioris premii efficiatur apud deum dignus propter operis excellentiam super additam bonitati voluntatis. Item si aliquis sustinet mortem pro mundo propter hoc demeretur apud deum quod deo meretur; igitur sustinentia mortis pro Christo si quo modo placet deo, hoc non est ob aliud nisi quia ordinatur ad Christum, sed illa ordinatio est mediante intentione; ergo tota bonitas operis quantumcumque excellentis ex intentione habet ortum et propter illam deo placet. Sed ubi unum propter alterum, utrobique tantum unum; igitur tantundem placet intentio per se et bona cum opere quantum placet sine opere. Item si aliqua opera faciunt ad meritum, illa sunt maxime in quibus humilitatis et utilitatis, sed et cum operatio [illegible] commendat, sed opera privilegiata sunt opera cuiusdam excellentie et dignitatis; ergo videtur quod minime inter omnia opera generum addant ad bone intentionis meritum. Item ubi facultas deest voluntas reputatur pro facto, sicut determinatum est supra, et hoc non est ob aliud nisi quia aliter non esset plena et perfecta voluntas. Si igitur voluntas pro opere reputatur, videtur quod in tali casu opus privilegiatum nihil addat super intentionis bonitatem et meritum. Et ad hoc quod magis bonum possit aliquid dici dupliciter: aut intensive, ut potest quod plus deo placet, aut extensive, ut potest quod pluribus prodest; et secundum hoc dupliciter potest intelligi quod opus privilegiatum addat ad bonitatem. Item vel aut quantum ad proximorum edificationem aut quantum ad dei acceptationem; et potest attendi augmentum quantum ad extra [illegible] quantum ad meritum. Si loquimur de additione quantum ad extra, sic absque dubio opus privilegiatum addit ad bonitatem intentionis, quia bonitas intentionis non [illegible] nisi per consensum bonorum operum et maxime privilegiatorum. Si autem loquamur de additione que attenditur quantum ad meritum, sic distinguendum est, quia loquimur de premio de [illegible] et de premio accidentali. Opus privilegiatum addit super bonam intentionem et voluntatem quantum ad premium accidentale quod est aureola, non debetur voti [illegible] sed voti in opere. Si autem loquamur de [illegible] premio substantiali, adhuc oportet subdistinguere, quia est [illegible] et [illegible] quantum ad [illegible], absque dubio opus privilegiatum addit super bonitatem intentionis pro eo quod voluntas in [illegible] operis [illegible] et disponitur ad susceptionem maioris gratie [illegible] digna est maiori retributione. Si autem loquimur de [illegible], sic absque dubio non addit, pro eo quod quantitas [illegible] pensatur ex qualitate

radicis tantum et placet deo quantumcumque voluntatem plenam et perfectam habere opus quantum ille quantumcumque voluntate et operis quantum ad centuplum premium retribuitur sicut in equalitate, et sic quod opus privilegiatum ratione dignitatis sive alicuius addit supra bonitatem intentionis; hoc non addit omni modo additionis [illegible] que ad premia [illegible] inducuntur. Ad illud vero quod de beato Martino dicitur quod palmam martirii non amisit, dicendum quod ibi palma martirii non accipitur pro premio accidentali quod est aureola, sed pro premio essentiali quod est aurea, videlicet martirio quod sustinetur ex caritate. Altero vero, scilicet aureola, videtur ei quod est specialis privilegii et prerogative. Ad illud quod dicitur quod operatio placet propter operantem, dicendum quod verum est [illegible] operans bene utitur dono propter quod placet deo; hoc ipso disponit se ad maius et aliquo dignius est quo quantum non esset si non ita bene operans meretur, et ideo non sequitur quod si opus placet deo propter operantem quod non magis placet bonus propter operam quam sine; nihil enim impedit de duobus quorum unum habet bonitatem ab altero quod ambo melius valeant alterum quam valeat illorum per se. Ad illud quod dicitur quod mori pro mundo displicet deo, dicendum quod verum est, sed tamen ex hoc non sequitur quod tota bonitas operis privilegiati veniat ex intentione, sed quod non potest esse opus perfecte bonum absque intentione; nihilominus tamen opera privilegiata aliquam bonitatem de natura sui habent que mixta cum bonitate intentionis aliquam excellentiam tribuunt homini operanti quam non tribueret alia generalia operum. Et ideo illud verum quod dicitur quod ubi unum propter alterum utrobique tantum non habet hic locum; hic enim intelligitur quantum illud propter quod alterum participat aliquam proprietatem et est tota ratio illius participationis; non sic autem est in proposito ut visum est. Ad id quod dicitur quod opera privilegiata sunt opera excellentie et ideo minus conferunt facere ad meritum, dicendum quod opus excellens dupliciter dici potest: aut secundum vanam estimationem, sicut aliquis reputat excellentiam vindicare se de adversariis et dominari aliis; aut secundum veritatis dictamine, et sic sustinere [illegible] ignominiosissime mortis pro Christo est opus magne excellentie, et tale opus excellentie [illegible] opus humilitatis, immo sibi [illegible] stat, et [illegible] tamen [illegible] et [illegible] et [illegible] non est [illegible] sed disponit ad maiorem gratiam. Ad id quod dicitur quod voluntas reputatur pro facto ubi facultas deest, dicendum quod idem verum quantum ad sufficientiam ad salutem et quantum ad premium substantiale, quia nemo amittit regnum celorum ex hoc quod non facit quod facere non potest; non autem est verum quantum ad premii excellentiam sive quantum ad premium accidentale, et hoc modo accidentale [illegible] est quod opus privilegiatum addit supra intentionem voluntatis et [illegible] ad premia [illegible]

Secundo queritur utrum bona opera addant supra bonam intentionem quantum ad quantitatem dati et videtur quod sic videlicet 2 Cor. 9 Qui parce seminat parce et metet. Item 1 secundario illa de qua loquitur apostolus est elemosine dacio videlicet quod magnitudo dati faciat ad excellentiam glorie. Item Tobie 4 Si multum fuerit abundanter tribue. Ergo ista exortacio non est inutilis videlicet quod habundancia dati faciat ad incrementum meriti. Item quamvis deus ex cognita bonitate conferat bona maiora et minora ille tamen cui maiora contulit tenetur ad maiorem graciarum actionem ergo pari racione si ex equali caritate detur maius munus et minus, cum deus est debitor, maiori munere maiorem reddere retribucionem. Item si non magis meretur qui plus tribuit quam ille qui minus ergo non plus meretur qui omnia relinquit pro deo et dat pauperibus quam ille qui dat unum solidum igitur omnes sunt stulti qui secuntur divinum consilium quod si impium est dicere divinum consilium esse indiscretum videtur quod quantitas dati faciat ad amplificandum meritum. Sed contra In amen dico vobis quia hec plus omnibus misit in gazophilacium loquitur de vidua ergo si ex affectu appreciabatur plus datum illius vidue quod fuit valde parvum sicut in textu innuitur quam magna dona aliorum videlicet quod deus attendit opera solum secundum quantitatem bone intentionis et nullo modo secundum quantitatem muneris exterioris. Item glo. super illum locum Non offerencium substanciam considerat deus nec considerat nec pendit quantum offeras sed ex quanto sed ergo merita tamen valent quantum deus illa ponderat videlicet quod quantitas dati ultra intencionem bone non augeat. Item super illud 2 Cor. 8 et qui multum non habundavit ibi glo. ubi equa est voluntas equalem habebit mercedem ergo sive quis dat magnum sive parvum dum tamen ex equalitate videlicet quod eis retribuatur equaliter. Item si quantitas dati aliquid addit aut addit ad meritum respectu premii substancialis aut respectu premii accidentalis non respectu premii substancialis quia id acceptatis radicem et quantitatem glorie non respectu accidentalis quia premium accidentale debetur operibus excellentibus et privilegiatis. Non enim meretur aliquis aureolam ex hoc quod dat magnam elemosinam videlicet igitur quod quantitas dati ad bone intencionis meritum nihil omnino addat.

Respondeo ad predictorum intelligentiam est notandum quod de quantitate dati est loqui dupliciter aut comparando datum ad datum solum aut comparando simul ad animum et ad dantis facultatem. Primo loquendo maior quantitas dati aliquid addit ad bonitatem intencionis non modo respectu premii accidentalis directe sed quia aliquos disponit hominem ad proficiendum in bono et ad recedendum a malo. Cum enim magis munus tribuit ut sibi faciat amicum de mammona iniquitatis magis recipientem obligat ad orandum pro se et quodammodo in obligando illum obligat deum, et ideo plus se disponit ad graciam quam ille qui dat minus munus, similiter plus se disponit a recedendo a malo quia in hoc quod facit maiorem elemosinam absolvitur a maiori peccato secundum quod dicitur Luce 11 date elemosinam et omnia munda sunt vobis et Thob. 12 elemosina a morte liberat, et Danielis 4 [illegible] peccata tua elemosinis redime. Similiter si comparemus quantitates datorum in comparatione ad facultatem dantium maior quantitas non addit quantum ad meritum premii substancialis directe sed quodammodo dispositive quia qui cum pensatis suis viribus plus dat quam alter suis viribus pensatis magis ad donum gracie se disponit magis eciam a peccato recedit. Sic generaliter loquendo quantitas dati presupposita equalitate bone intencionis sive voluntatis quantum ad premium essenciale non addit directe et per se sed quodammodo dispositive vel quia disponendo ad caritatem disponit ad maiorem gloriam vel quia eripiendo a malo celerius facit hominem pertingere ad coronam et hec omnia non habet instrumenta quia est excessus quantitatis dati et in comparatione ad datum et in comparatione ad facultatem dantis. Quando vero ex una parte datum unum excedit aliud et tamen exceditur ab aliquo in comparatione ad facultatem dantis per quem modum dicit dominus quod vidua plus in gazophilacium miserit quam omnes divites quia totum victum suum posuerat tunc se habent sicut excedencia et excessa secundum enim diversas conditiones unum datum plus promovet quam reliquum maior enim quantitas dati plus valet ad evadendam penam quod sicut dicitur Prov. 13 redemcio anime viri sunt proprie divicie maior vero quantitas dati secundum facultatem dantis plus valet ad querendam graciam pro eo quod homo magis se disponit ad perfectam beatitudinis scilicet paupertatis. Concedendum est igitur rationes ostendentes quod quantitas dati aliquid augeat ad meritum intencionis bone scilicet dispositive. Ad illud vero quod primo obicitur in contrarium quod vidua illa plus dedit dicendum est quod ibi loquitur dominus de quantitate dati per comparationem ad facultatem dantis quia illa totum dederat ut patet per sequentem literam. Vel quia deus qui scrutatur corda videt quod vidua illa ex meliori voto oblacionem dabat suam et ideo magis donum eius appreciabatur racione voluntatis eius melioris. Ad aliud quod innuitur utrum quantitas dati aliquid addat ad bonitatem intencionis secundum quamvis presupposita equalitate bone voluntatis tamen pro eo bono quod pro tanto bone voluntatis tamen magis ad id quod obicitur de glo. quod deus non considerat quantum sed ex quanto dicendum est quod verum est scilicet quantum ad excellentiam premii substancialis non negat tamen glo. quin quantitas dati aliquo modo disponat de congruo ad maiorem gloriam vel ad graciam celerius obtinendam. Ad idem quod obicitur de alia glo. quod equalis voluntas equalem habet mercedem dicendum per idem. Non enim fit maior retribucio voluntate remanente in sua equalitate sed quia quantitas dati disponit ad huiusmodi [illegible] voluntatem et [illegible] quod aliquos facit ad augmentum glorie [illegible] per idem ad id quod ultimo obicitur quod aliquid facit ad premium substanciale licet non perveniat et per se similiter quia [illegible] ad graciam disponit id quod opponitur de premio accidentali non cogit pro eo quod meritum accidentale est aureola sed eciam gaudium de aliquo bono facto sine [illegible] prerogative et excellencie sive non

Tercio queritur utrum bonitas operum addat ad bone intencionis meritum. Respondeo ad instanciam et est quod utrum bonum opus additum operi reddat operantem dignum maiori premio essentiali. Et videtur quod non. Primo per illud Zach. viii: exequabit graciam gracie. Ergo ubi est equalitas gracie erit equalitas glorie. Ergo si aliqui duo ex equali gracia inequaliter operentur, nihilominus in mercede glorie equabuntur. Item super illud Judith: In terminis longe posterius unxerat. Glossa: Salus dei nosse est ut seniores quamvis eorum post se [illegible] eumserit utrum Paulus an Petrus vel Bartholomeus; sed certum est quod Paulus plus omnibus laboravit, sicut dicit I Cor. xv. Ergo magnitudo premii non pensatur secundum multitudinem operum. Item Aug.: Non multitudo operum non diuturnitas temporis auget meritum sed sola caritas et melior voluntas. Sed ubi hic expressius dicit. Item qui homo diligit deum tantum homo diligitur a deo et quantum diligitur a deo tantum remunerabitur a deo. Sed ergo equalitas est in dilectione, equalitas est in remuneratione. Sed multi sunt equales in dilectione qui tamen non sunt equales in opere. Ergo videtur quod multitudo operum non faciat ad meritum substantialis premii incrementum. Sed contra: Ro. iiii: Ei autem qui operatur merces non imputatur secundum graciam sed secundum meritum. Glossa: merces non dabitur secundum graciam fidei tantum sed secundum multitudinem operis. Sic ergo videtur quod pluribus operibus maiorem mercedem quis mereatur. Item super illud Gal. vi: Bonum autem facientes non deficiamus. Glossa: Qui seminaverit in operibus tamen metet in fructibus. Ergo etc. Item per unum bonum opus homo meretur vitam eternam. Ergo si ad sequens opus est bonum sicut primus [illegible] meretur sicut premium, aut ergo meretur illud idem aut aliquid superadditum illi. Si idem [illegible]. Si superadditum illi habetur propositum quod multitudo operum proficit ad augmentationem meriti. Si vero non, ergo videtur quod frustra operatur. Ergo stultus est qui facto uno bono facit amplius aliquid quod si hic impius est dicere restat etc. Item peccatum non est magis efficax ad merendum penam quam sit bonum opus ad merendum gloriam. Sed peccatum sequens additum precedenti si sit equale ei meretur duplo maiorem penam. Ergo bonum additum precedenti meretur duplo maiorem gloriam. Item cum serviunt homini quanto diutius ei serviunt tanto maiorem accipiunt mercedem. Si ergo deus in retribuendo et est iustior et liberalior quam sit homo, videtur quod quanto aliquis in pluribus ei servit vel quanto plura opera pro Christo faciat tanto maiorem ab ipso recipiet retributionem. Item iste qui multiplicat opera bona sciat multa bona. Ergo multitudo operum quod aliquem fructum premii ex eo accipiat aut igitur premium substantiale aut accidentale aut aureole aut aureole. Sed non aureole cum illa debeatur operibus excellentibus. Ergo recipiet magis premium substantiale sive aureole [illegible] quod ipse bona opera multa [illegible] quod fructum afferunt.

Respondeo ad predictorum intelligentiam est notandum quod proficere in merito vel ad meritum potest esse duobus modis secundum duplicem rationem premii. Quoddam enim est premium substantiale quod quidem consistit in visione et fruitione dei, quod dicitur premium substantiale quia fundamentum et substantia totius nostre beatitudinis deus est, et illo perfecto habito perfecta est omnis beatitudo. Aliud vero est premium accidentale quod quidem consistit in gaudio quod habetur de bono creato vel de liberatione ab aliquo malo. Accidit vero meritum respectu premii substantialis contingit dicere quod dupliciter, scilicet ad profectum meriti, tum vero quia per illud homo meretur maiorem gloriam et hoc modo maior caritas vel melior voluntas facit ad profectum meriti, aut quia disponit ad merendum maiorem gloriam, et talia sunt opera perfectionis que dicuntur facere ad meritum. Perfectum autem quia conservat illud per quod meretur homo gloriam, et sic omnia bona opera proficiunt ad meritum quia in ipsis caritas exercetur conservatur et nutritur ut homo finaliter perseveret in illa, et hoc non est parvum quia quicquid homo faciat non salvatur nisi finaliter perseveret. Et sic patet quod operum multiplicatio quodammodo valet ad profectum in merito respectu premii substantialis, et hoc dico disponendo et conservando, non autem merendo maiorem gloriam ex condigno. Sed ad profectum maioris premii accidentalis potest valere tripliciter: aut ratione adeptionis aureole, et sic opera specialis excellentie faciunt ad profectum meriti voluntatis bone; aut ratione adeptionis alicuius delectationis intellectualis (?), et sic omnia opera que fiunt ex gracia quodammodo valent ad profectum premii accidentalis, quia secundum quod homo plura bona opera facit secundum hoc de pluribus letabitur in conscientia sua; aut ratione diminutionis pene, et sic opera difficilia et penalia faciunt ad meriti profectum et addunt ad meritum bone voluntatis, quia remotionem alicuius pene meretur homo ex voluntate cum opere quam non meretur ex sola voluntate. Secundum autem distinctionem non solum patet ad determinandum quod dictum est sed etiam ad duo premia. Principaliter enim dictum est quod operum dignitas et caritatis quantitas et operum numerositas ad profectum meriti facit respectu premii accidentalis licet differenter. Verum est etiam generaliter quod ista omnia opera non faciunt ad profectum meriti respectu premii substantialis nisi solum disponendo et conservando. Unde rationes ille que ostendunt quod non multiplicatur merces premii substantialis secundum multitudinem operum concedende sunt. Unde enim concludunt [illegible] quod prius dictum est. Ad secundum quod ei qui operatur merces imputatur, dicendum quod textus ille secundum quod glossa exponit non vult dicere quod quantitas mercedis crescit cum operibus, sed hoc vult dicere quod ubi est opportunitas operandi non sufficit gracia fidei sine bonis operibus; ubi autem opportunitas sive facultas deest, sola gracia sufficit. Unde sensus est: ei qui operatur, id est qui habet tempus operandi.

Ad illud quod obicitur de glossa quod qui perseveranter in peccatis tantum meretur in fructibus dicendum quod nomine fructuum intelligitur ibi gaudium quod habebit quis de bonis operibus non premium speciale quod consistit in deo sed aut de illo speciali premio intelligitur tunc tamen et quantum non dicunt quantitatem nec etiam dicunt dispositionem unitatis sed quantitatis. Ad illud quod obicitur quod perseverans opus meretur tamen quod primum dicendum quod verum est sed non meretur idem sed id ipsum quod prius meruerat loquendo quo ad essentiale premium et non sequitur quod inaniter laboret quia etsi premium erat opus meritorium vite eterne non tamen melius efficacius in sui [illegible] perseverante et talis non potest in homine [illegible] quam expectat in bonis [illegible] potest et dicitur. Ideo perseverantis opus frustra non fit quia opus non addat ad premii excellentiam addit tamen ad [illegible] efficaciam supponit etiam nihilominus ad perfectum et facit ad incrementum meriti et accidentalis premii sicut superius ostensum est. Ad illud quod obicitur quod peccatum additum peccato duplicat meritum et supplicium ergo et bonum additum bono dicendum quod non est simile propter hoc quod qui mala faciunt mali sunt sed non qui bona faciunt boni sunt immo potius e contrario bonitas operum ortum habet ex bonitate operantis et inde est quod diversis peccatis meretur homo diversa supplicia quam in diversis bonis operibus meretur homo veniam. Item quia ratio merendi et acceptandi in pluribus bonis est una ratio vero displicendi et demerendi in pluribus est penitus diversa. Ad illud quod obicitur quod apud hominem magis premium meretur homo ex pluribus operibus dicendum quod non est simile quia homo non reputat opera digna retributione propter bonitatem operantis sed potius operantem propter bonitatem operis. Homo enim indiget alieno beneficio. Deus autem bonorum nostrorum non eget nec operantem propter opera sed opera propter operantem acceptat et remunerat et ideo non est simile ex parte ista et ex illa. Ad illud quod ultimo obicitur quod opera multiplicata non valent ad premium accidentale quia non acquirunt aureolam dicendum quod accidentale premium in plus est quam aureola nomine enim aureole non intelligimus quodcumque premium accidentale sed illud quod habet quandam prerogativam et [illegible] et opus cui debetur nihilominus tamen gaudium de bonorum operum [illegible] ad accidentale premium spectat cum sine ipso possit haberi vita eterna et adhuc quidam faciunt bona opera [illegible] faciunt et ad eternale premium aliquod [illegible] est. Ex his patet responsio ad id quod ultimo querebatur.

In ista parte sunt questiones circa litteram et primo queritur de hoc quod dicit ambrosius affectus tuus operi tuo nomen imponit ergo si aliquis committit adulterium intendens facere sumptus fornicatori videtur quod illud peccatum debeat dici fornicatio non adulterium. Item ex eodem [illegible] [illegible] ad credendum deum et amandum ipsum ergo hoc opus trahit nomen ab effectu. Videtur quod credere et amare sunt opera fidei spei et caritatis virtutis et eodem nomine debeant nominari. Respondeo dicendum quod ad quod notandum dupliciter videlicet in generali et in speciali. Nomina generalia in moribus sunt bonum et malum. Specialia vero sunt nomina specialium [illegible] ut specialium virtutum et vitiorum. Cum ergo dicitur quod affectus operi nomen imponit hoc intelligitur de nomine generali ipse obicit de nomine speciali.

Item queritur de hoc quod dicit iustitia mixto premit cum quis dicit se subtraxisse superflua animi ut preberet pauperi. Videtur enim quod talem iustitia iniuste puniat. Ille enim superflua [illegible] est ergo resecare superflua est virtutis. Similiter dare pauperi [illegible] virtutis est ergo [illegible] aliquem puniri propter virtutis iniuste facit iustitia quod talem puniat. Item idem deus qui precepit filiis israhel quod furarentur vasa egiptiorum Exodo xii idem precepit elemosinam dari pauperibus sed illi qui furati sunt vasa volentes implere mandatum domini non peccaverunt ergo pari ratione ille qui furatur ut det pauperi furando non peccat. Item modo patet quod [illegible] ordinata ad bonum commutabile sed ille qui furatur ut det pauperi nichil amat inordinate nec aliquid amat [illegible] ergo videtur quod non peccat aliquo. Respondeo dicendum quod talis absque dubio peccat quia contra domini mandatum facit et contra proximum quia rem eius ipso invito contrectat eo ideo iuste punitur non solum a deo verum etiam a proximo. Ad illud vero quod obicitur quod iuste facit qui resecat superflua dicendum quod ad unumquemque spectat resecare superflua propria superflua autem aliena resecare non spectat cum non est super eum constitutus nec deus nec iudex et ideo cum aliena superflua resecat quod non suum est usurpat et propter hoc punitur de iniustitia. Ad id quod obicitur de filiis israel dicendum quod non est simile quia deus dispensavit cum eis cum precepit eis quod furarentur immo quod plus est res alienas in dominium eorum transtulit et hoc bene poterat quia ipse est dominus omnium. Hoc autem dominus precepit quod deus precepit facere elemosinam non se extendit ad bona aliena sed ad propria unde nullo illi mandato repugnat quo precipitur non furari immo illud supponit et cum illo concordat sed quod dicitur prover. iij honora dominum de tua substantia. Ad id quod obicitur quod nichil amat inordinate dicendum quod inordinatio amoris duplex potest esse aut quia amatur res que non debet aut quia amatur cum plus quam debeat et [illegible] quamvis [illegible] quod deus precepit sine [illegible] magis affectionis sine [illegible] et [illegible] affectus inordinata non ex magnitudine dilectionis sed ex contemptu divine prohibitionis. Item queritur de hoc quod dicit quod iudei crucifigendo christum arbitrabantur se obsequium prestare deo. Hoc enim [illegible] quod [illegible] dicitur

So

Capitulo xi Ex malicia et inuidia cristum condemnauerunt morte turpissima et ad [illegible] xpm Cruciebat eum quia per inuidiam tradiderunt eum Si ergo sciebant se male facere non arbitrabantur obsequium se deo prestare Ideo dicendum quod hic non dicit quantum ad omnes iudeos sed quantum ad simplices qui per maiores decepti sunt maiores enim iudei sicut principes sacerdotum et scribe moti sunt ex inuidia et malicia quia bene cognoscebant eius sanctitatem et innocentiam quamuis lateret eos diuinitas simplices vero et populares moti sunt ex ignorantia audientes enim a maioribus quod blasphemasset putabant se occidendo xpm blasphemum mereri et se obsequium deo prestare in statu ignorancia non excusat pro eo quod opera que iesus fecit non plus magnis sed etiam paruis notitiam sanctitatis eius prestare potuit

Sequitur distinctio xl i^a

Sumitur intencio ut supra dictum

Supra ostendit magister qualiter actus habeat rectitudinem ex recta intencione et [illegible] in hac parte intendit declarare qualiter actus ex defectu intencionis et eo [illegible] habeat depravari Diuiditur autem pars ista in partes duas in quarum prima comparat magister opera ad intencionem deficientem In secunda vero comparat malos actus siue mala opera ad voluntatem ibi preterea hic inuestigari oportet Prima pars diuiditur in partes tres in quarum prima magister mouet questionem et declarat secundum quorundam opinionem In secunda vero abicit illam declarationem adiungens illi questionem quandam cum solucione ibi hiis autem abicitur In tertia magister secundum aliorum opinionem subiungit aliam declarationem ibi alii vero qui triphariam distinctionem actuum faciunt vbi innuit quod actus mere diuiduntur per tres differencias scilicet per malam et bonam et indifferentem inter vtrumque mediam Preterea hic pars diuiditur in tres partes in prima querit magister vtrum de peccato primi hominis sit peccatum sine voluntate In secunda querit vtrum omne peccatum sit in voluntate ibi illud etiam intelligendum requirendum est In tertia vero concludit quod hic non solum verum est de peccato exteriori quod sit voluntarium verum etiam de peccato interiori quod omnis consensus consistit in voluntatis motu ibi sicut autem de peccato mortali etc. et sic duas questiones magister declarat precipue in parte ista quarum vna est vtrum omnis actio mala sit que non procedit ex intencione recta Alia est vtrum omnis culpa sit voluntaria

Ad intelligentiam igitur huius partis incidit hic questio vna primo quia de diuisione actionis deliberatiue in bonam et in malam et in differentem Secundo queritur de comparacione peccati ad voluntatem Circa primum queritur tria primo queritur vtrum actio deliberatiua diuiditur per bonum et malum tamquam per differentias oppositas Secundo vtrum diuiditur per bonum et malum tamquam per differentias essentiales et intrinsecas Tertio queritur vtrum diuiditur per has differentias tamquam per differentias immediatas

Circa primum sic proceditur et queritur vtrum actio deliberatiua diuidatur in bonam et malam vtrum diuidatur per differentias oppositas Et quod sic videtur prima contrarietas est in moribus inter bonum et malum vnde philosophus dicit quod bonum et malum non sunt in genere sed sunt genera aliorum sed prima contraria sunt maxime opposita ergo bonum et malum in actione directam habent oppositionem et repugnanciam Item malum dicit privationem boni sed privacio et habitus directe sunt opposita ergo etc. Item que habent oppositos effectus directe opponuntur sed bona actio et mala oppositos effectus habent nam bona actio ornat et mala deformat bona ordinat et mala deordinat ergo etc. Item que habent oppositos effectus directe opponuntur sed bona actio et mala oppositos effectus habent Item que habent oppositas retributiones directe habent oppositionem sed bona actio et mala habent oppositas retributiones quia vni retribuitur eternum gaudium et alii eternum supplicium ergo etc. Item omnis recta diuisio est per opposita sed ergo actio moralis recte diuiditur per mala et bona ergo ista membra diuisionis sunt contra opposita Sed contra opposita nata sunt fieri circa idem sed impossibile est bonitatem et maliciam vel eius circa eandem actionem reperiri ergo bonum et malum circa actionem non habent oppositionem Item hoc quod dicit quod [illegible] est valde bonum et hoc quod fit contra eius prohibitionem est valde malum Sed eadem actio fit ad deum et contra dei prohibitionem igitur eadem actio est bona et mala Sed contraria circa idem sunt impossibilia ergo bonum et malum circa actionem non sunt opposita Item eundem denarium dare clericum et eundem percipit ex caritate et secundus facit ex inani gloria eadem actio est meritoria vno et demeritoria secundo Sed de meritorio dicitur bonum et de demeritorio est malum ergo eadem actio est bona et mala ergo bonum et malum circa actionem non sunt opposita Item aliquis incipit aliquam actionem ex caritate et facit eam ex vanitate sicut quod dicit [illegible] sepe quod caritas incipit culpa peragit ergo vna et eadem actio potest esse meritoria et demeritoria et sic hic redit idem quod prius quod malum et bonum circa actionem non sunt contraria Item bonum et eius contrarium sed eius est plus quam actio ergo bonum [illegible] non diuiditur per suum subiectum actio deliberata non potest diuidi per bonum et malum tamquam per differentias oppositas Ideo ad predictorum intelligentiam est notandum quod actio deliberata nata est habere duplicem bonitatem bonitatem naturalem in quantum est actio procedens ab aliqua virtute et bonitatem moralem in quantum est procedens a libero arbitrio siue a voluntate Dicendum ergo quod vtrum bonitas et malicia circa actionem habent repugnanciam ita quod per se diuidat tamquam membra opposita

Dicendum quod hic non est verum de bono prout dicitur a bonitate essentiali vel totali. Quia cum bonum non est differentia actionis immo consequitur concomitante et reperitur in omni actione. Prout autem bonum dicitur a bonitate moris sic est divisiva differentia actionis pro eo quod bonum moris in primo differentia est dividendo esse bonum in genere quoddam ex circumstantia quoddam vero est bonum perfectum sine privatione sive bonum simpliciter et quelibet harum differentiarum habet differentiam mali sibi ex opposito respondentem. Nam bono in genere opponitur malum in genere et bono ex circumstantia opponitur malum ex circumstantia et bono simpliciter sive perfecte opponitur malum simpliciter sic sive de meritorio. Horum autem exempla sunt manifesta. Si dicatur actio procedens a voluntate deliberativa habet dividi per actionem bonam et malam non solum per ea tamquam differentias sed etiam directe contrarias. Verum rationes que hic inducte circa hec sunt. Ad illud ergo quod primo dicitur quod contraria nata sunt fieri circa idem dicendum quod si intelligatur de eodem numero non habet veritatem nisi in subiecto quod est sibi proprie loquendo ipsius enim subiecti proprium est quod sit una et eadem numero quod sit susceptibilis contrariorum. Circa actionem autem cum sit accidens non oportet illud habere veritatem quod bonum et malum sint circa eandem actionem numero sed sufficit quod ad legem oppositionis quod habeant fieri circa eandem actionem in specie. Alia est etiam ratio quare bonum et malum non possunt simul succedere in eadem actione sed eandem partem actionis prout hic quod esse actuale consistit in successione et hoc melius iam patebat. Ad illud quod dicitur quod de illud quod deus fecit est valde bonum dicendum quod illud intelligitur quo ad bonum naturale; illi autem bonitati non repugnat malitia moris immo eam praesupponit et ideo eadem actio potest a deo fieri et nihilominus esse prohibita ex parte hominis; tamen non sequitur quod non sit contrarietas inter bonitatem moris et malitiam. Verum impossibile est quod eadem actio sit simul et semel in prohibitione et in praecepto. Ad illud quod dicitur quod eadem est actio meritoria et demeritoria dicendum quod bonum et malum meriti et demeriti circa actionem non habent contrarietates absolutas sed comparationes diversas. Verum actio bona non est aliud quam actio ordinata in finem; refertur autem actio in finem per intentionem. Quoniam igitur una et eadem actio potest esse a duplici intendente et duplici intentione ita quod ab uno sicut a principali motore ab alio vero ut ab ministrante ... et una illarum intentionum potest esse recta et altera obliqua, hinc est quod una et eadem actio potest esse et bona et mala per comparationem ad diversa principia loquendo de bonitate et malitia meriti et demeriti. Ex hoc tamen non sequitur quod bonum et malum non sint contraria circa actionem. Haec enim si comparantur ipse circa eandem actionem in comparatione ad diversas intentiones non tamen comparantur sic sed quod comparantur ad eandem intentionem opposita autem respectu sed secundum legem huius oppositionis sed quod ad eandem comparantur. Verum non quod aliter bonum dicitur de voluntate aliter de actione exteriori.

Nam circa voluntatem et qualitatem aliquam superaddita ... impossibile est quod una et eadem voluntas sit simul et semel bona et mala nec absolute nec in comparatione ad diversa. Circa actionem vero hominis comparationem ad diversum principium et ad finem ... aliquae due actus ... consimiles tam in genere actionis quam in genere circumstantiarum moralium frequenter dicunt in hoc quod una est meritoria altera vero non, quod una sit ab habente caritatem altera vero a non habente. Et hec dicta sunt de bono et malo secundum quod tamen videlicet quod meritorium et demeritorium quod si hic currebat obiectio. Ad illud quod dicitur quod actio inchoata ex caritate potest terminari ex vanitate dicendum quod verum est sed licet illa actio una sit in genere nature non tamen est una in genere moris pro eo quod et si una potestas sit que est principium illius actionis tamen aliud et aliud est apposita circumstantia ... que variat in genere moris sicut est intentio recta et obliqua. Ad id quod dicitur quod bonum est multiplex iam patet responsio; agitur enim de bono hic et hoc modo non est differentia divisiva actionis deliberative.

Secundo queritur utrum haec divisio fiat per differentias essentiales an per accidentales. Et quod per essentiales videtur: accidentia sunt ... secundum bonitas et malitia nullo transmutant circa actionem ut illa actio que modo est bona eadem numero per quemodum sit mala vel econverso; ergo bonitas et malitia non sunt differentie accidentales actionis et sunt accidentales vel essentiales; ergo etc. Item quedam accidentia sunt inseparabilia secundum rem tamen sunt separabilia secundum intellectum sed quedam actio est ita mala quod numquam potest esse nec intelligi bona ut potest blasphemare et odire deum; ergo videtur quod malitia non accidat tali actioni. Item quarto aliquis habitum esse essentialiter bonum ut potest caritatem et gratiam aliquem essentialiter malum ut iniusticiam et lasciviam; ergo pari ratione circa actus sunt qui ex habitibus videtur quod aliqui actus sunt essentialiter boni et aliqui essentialiter mali loquendo de bonitate et malitia moris. Item genera respondent speciebus; ergo cum bonum in genere sit et malum in genere ... bonum et malum specie sicut quemadmodum species se habent sicut genus est essentiale speciei et species etiam addit supra genus differentiam essentiales; ergo nature est actionem aliquam ponere que sit essentialiter et bona in genere et bona ex circumstantia; pari ratione et de actione mala videtur. Ergo quod divisio predicta fiat per differentias essentiales et intrinsecas. Contra in prima ... contra pellagianos ... non est ... aliqua sed actus moraliter ... bonum si omne quod inest alicui incedens inest ei accidentaliter. Si igitur omnis malitia est accidens nulla malitia est essentialis alicui actioni; ergo omnis est accidentalis. Item differentie essentiales sunt constitutive eorum quorum sunt differentie et differentie constitutive ex essentia principiis manant ex quibus manant ipsa constituta sed malitia non habet tam efficientem sed deficientem actio vero habet efficientem sed

Item actio est adeo malitia non ergo impossibile
est quod malitia sit alicuius actionis differentia essentialis
Item differentie essentiales non alterantur et in individuis
eiusdem speciei sed actiones que sunt eiusdem speciei
dividuntur per bonitatem et malitiam quia una est bona
altera mala ergo bonum et malum non sunt essentiales
differentie actionis. Preterea differentia essentialis aliquid addit
supra illud quod dividit sed malum non addit
aliquid supra actionem sed potius privat ergo malum
So actionis non est differentia essentialis. Pro ad predictorum
intellectum est notandum quod idem est querere utrum
hec divisio actionum alia bona alia mala sit
per differentias essentiales quod querere idem est utrum
bonitas vel malitia sint proprietates vel condi-
tiones essentiales actionum vel non et licet istud ali-
quo modo videatur posse concedi ei qui sustinet
illam opinionem quod non omnis actio adeo est tamen
secundum illam opinionem que communiter sustinetur quod omnis
actio adeo est et secundum illud quod est hic bona est
concedi non debet nec potest rationabiliter sustineri quod
malitia essentialis sit actioni tamen propter hoc dicunt de
facto circumstantie alicuius que accidebat actioni
Si enim non accideret non posset variari actionem ma-
nente attendendum est tamen quod malitia potest con-
parari ad actionem aut secundum quod est actio aut
secundum quod est talis actio. Si comparetur malitia
ad actionem secundum quod actio sic licet actioni accidens
separabilis et communis tamen separabilis licet in quantum
operatio que communiter fieri cum culpa potest
tamen aliqua interveniente fieri absque culpa
tamen vel accidens communis licet quia actioni
eiusdem speciei convenit malitia in aliquibus et in
in aliquibus vero non sicut aliquis predica-
do fidem cristi ex vana gloria peccat alius vero
meretur. Licet autem malitia ad actionis consi-
derate in genere habeat aliquo conformitatem
ad accidens separabile et commune non tamen proprie
est accidens tale quia non est ens sed defectus
entis. Si autem comparetur mali ad actionem secundum quod
est hec actio sic licet actioni accidens inseparabilis
et proprium tamen licet accidens inseparabilis
quia illa actio eodem modo quo est mala non
potest esse ulterius bona proprium hec quod eodem modo sumpta
non potest tamen vel accidens proprium licet aliquibus
non sit in hoc quod illa malitia oritur ex proprie-
tatibus agentis et patientis ex quarum
comparatione necessario surgit inordinatio sicut dum
filius cognoscit matrem vel cum homo blasphemat
deum unde sic inseparabiliter adheret proprie passio
subiecto sic inseparabiliter adheret malitia huic
actioni [illegible] Non est autem malitia proprie
passio huius actionis tamen quia de ea non dicitur
convertibiliter tamen quia non est perfectio sed privatio.
Si vero comparetur malitia ad actionem secundum quod talis
actio est sic potest habere rationem differentie essentialis
Sicut enim albedo est essentialis homini albo quod
est albus quamvis non sit essentialis secundum quod homo
sit mali est essentialis actioni male secundum quod mala

quamvis autem aliquo modo dicatur essentialis non tamen dicitur
essentialis quod dicat veram essentiam sed quod ad modum
se habet et quia quedam sunt nomina que imponuntur
actionibus non secundum quod sunt actiones tamen sed secundum quod sunt
deformes hinc est quod talia mox nominata con-
iuncta sunt malo et sic castitas ponitur in genere
boni essentialiter sic adulterium et menda-
cium ponitur in genere mali essentialiter. In hoc
enim non signatur quod defectus essentialis sit actioni
debet quod defectus essentialis est actioni secundum quod
defectiva. Et autem dictum est de malitia moris
hoc ipsum intelligendum et de bonitate huius vis simila-
na est ratio ad quod et etiam ad obiecta con-
cedo enim quod hec divisio actionis non est per
differentias essentiales et intrinsecas et rationes que hoc
ostendunt sunt concedende. Ad illud quod obicitur quod actus
potest transmutari est sciendum dico quod id non habet
veritatem in omni actione nec est tempus sibi
sed est sibi permanente et fixi quod enim actus
comparatur ad dictum successivum hoc ipso quod adheret
ei inseparabiliter adheret quod illud statim
transit in preteritum et efficitur in transmutabile
et amplius idem modo revertitur non potest actus enim
mutatur subiecto et tempore et specie sine dubio et ideo si
est alius actus tunc est aliud principium
et alius terminus sic est alius actus tunc est
alia mensura et aliud tempus inceptione
et renovatione facta in ipso actu et ideo quamvis
motui accedat velox et tardum tamen motus
qui est velox secundum eam partem secundum quam est velox
nunquam potest esse tardus sic et in proposito est intelligendum
Ad illud quod obicitur quod peccatum habet esse separabilia salte-
m intellectu dico quod numquam malitia sic adheret
actioni quin circa illius actionis possit preter ma-
litiam considerari sicut enim dico actionem malam etiam
dico actionem et dico defectum et utrumque per se et di-
visim possum considerare Similiter cum dico actionem hominis
et huius actionem duo dico quod et monstro ipsam
substantiam et actiam sub quibus substantia ipsa circumlit
tamen vel mente licet esse perspicua et
unum potest absque altero considerari vel intelligi ma-
litia autem non adheret inseparabiliter actioni
hoc substantie et illius ratione substantie sub statu sed potius
ratione proprietatis vel qualitatis superaddite et sic
substantia illa potest intelligi sine illa proprietate sic et actio
sine malitia. Ad illud quod obicitur quod aliquis habitus est
essentialiter bonus et essentialiter malus dico quod et si con-
cedi possit aliquem habitum essentialiter esse bonum
non tamen concedi debet aliquem habitum essentialiter esse malum
secundum quod est habitus nam habitus secundum quod habitus dicit ens et
bonum quod ergo ipse obicit de avaritia et lascivia
non valet quia hec nomina non sunt habituum sed quod habitus
sunt sed secundum quod sunt deformes et defectivi licet
malitia non sit essentialis habitui secundum quod est habitus
potest tamen ei esse essentialis secundum quod defectivus ita etiam potest
respicere circa actum. Ad id quod obicitur quod bono in genere
videtur bonum in specie et malo in genere similiter dico
quod malum in genere sine bono non debet proprie quod sit genus

sed propter quandam conformitatem quam habet cum genere
in hoc quod dat quandam rationem inclinativam ad
hoc quod fiat meritorie vel demeritorie et dum per
circumstantias superadditas determinatur quo
dammodo specificatur non tamen malicie quod materia
habet proprias species ex eo quod privationes non sunt incom
plexe nisi per quandam reductionem unde specifi
catio et distinctio malorum aut attenditur ratione
boni quod privatur per malum aut ratione boni ad
quod quis tenebatur in actu peccati et huius
signum est quod peccata non distinguuntur penes cursiorum

Tertio queritur utrum divisio actionis per bonam
et malam sit per duas immediatas. 1.
an sit ponere tertiam etiam vel actionem indifferentem
et quod sit per duas immediatas videtur 1 Cor. x
omnia in gloriam dei facite et ad Col. in omnia que
cumque facitis sive in verbo sive in opere omnia in
nomine domini nostri Ihesu Christi facite aut igitur actio
nostra est in gloriam dei aut non si sic est bona
si non ergo committitur id quod mandat apostolus
sed omittere facere quod precipit deus preceptum est peccatum
ergo omnis actio vel est meritoria vel cum
peccato ergo nulla est indifferens item dicitur quod
est consilium hoc non videtur quod consilium nec datur
hominibus nec absolute sed sub conditione nec
peccaret quis nolendo facere consilium hoc contra
opposita requiritur in proposito ergo non tenetur ad consilium
item Matth. xii de omni verbo ocioso quod locuti fu
erint homines reddent rationem in die iudicii
sed ociosum est ut dicit Gregorius quod caret ratione iuste
necessitatis et intentione pie utilitatis sed de verbo
aut habet iustam necessitatem et piam utilitatem
aut caret illa ergo omne verbum aut est bonum
aut ociosum pari ratione et de facto sed de ocioso
ocioso reddemus rationem et non reddemus rationem nisi
de malis ergo omne factum vel verbum nostrum vel bonum
est vel malum item Bernardus in via dei stare
retrocedere est sed qui facit actionem non meritoriam
non procedit in via dei in actione illa ergo per illam
actionem retrocedit et non retrocedit nisi per
malam ergo omnis actio vel est bona vel
mala ergo nulla indifferens item voluntas peccatoris
pertinent ad retributionem sed nichil est medium
quia omnis voluntas aut est bona aut mala
nichil est medium inter retributiones quia etiam
omnis aut salvantur vel dampnantur ergo videtur quod
nil est medium inter bonitatem et maliciam circa ac
tiones nostras item deus est alpha et o principium
et finis sed quod non est a deo sicut a principio
privativum est ratione boni privatum autem boni nil dicit
est nisi malum ergo quod non est ad deum sicut
ad finem est malum et quod est ad deum sicut ad finem
est bonum sed omnis actio nostra est vel ad deum sic ad finem

vel non est ad deum ergo omnis actio nostra vel est
bona vel mala item voluntas nostra ex delibe
ratione faciat aliquid aut quiescit in creatura
aut refert ad creatorem si refert ad creato
rem bene facit si quiescit in creatura male agit
et deordinatur quod fruitur eo quo est utendum
ergo videtur quod voluntas in omni actione sua vel meretur
vel demeretur contra videtur quod in velle aliquid
in re est velle gratie et est velle virtutis
et velle nature sed actio indifferens est ergo inter actiones
meritorias et viciosas cadit aliqua actio media
non ergo omnis actio voluntatis nostre est mala vel
bona sed quedam indifferens item levare festucam de
terra nec est bonum in genere nec malum nec etiam bonum
ex circumstantia nec malum similiter quod est de se
nec meritorium nec demeritorium si ergo bonum moris
dividitur sufficienter per has tres divisiones et nil
est in genere quod non sit in specie videtur quod talis actio non
sit bona vel mala sed indifferens item aliquis comedit
ut satisfaciat appetitui ubi talis actio non
est bona bonitate meriti hoc constat quod non sit potius
deum nec ad ipsum refertur nec est mala
malicia culpe quia peccatum non concordat nec sed
discordat talis autem actio nec est consona ergo
videtur quod aliqua actio nostra medium teneat inter
bonitatem et maliciam item si omnis actio nostra
esset meritoria vel demeritoria cum in eo qui ca
ret caritate nulla sit meritoria omnis eius actio
esset mala ergo peccaret in hoc quod vadit ad
ecclesiam ergo et in hoc quod facit omnia illa opera ergo magis
se disponeret ad gratiam ymmo disponendo se
magis elongaret item nulla est actio bona et
meritoria nisi que sit bona intentione et merito
illa refertur ad debitum finem ergo si omnis actio est
bona vel mala meritoria vel demeritoria in
omni actione et cogitatione nostra quam in deum non
referimus peccaremus ergo vix esset aliquis qui non
peccaret milies in die cum innumerabiles habeamus
cogitationes vel affectus in quibus nichil
cogitamus de deo de illis maxime loquor
qui magis intendunt actioni quam contemplationi
item sicut caritas est principium omnium bonorum per habi
tum et cupiditas est principium et causa omnium malorum
sed multas actiones homines faciunt tota die quas
non faciunt nec ex libidine nec ex caritate
ymmo vel ex amore filii vel sociali vel ex
quadam urbanitate civili et consuetudine operandi
non ergo videtur quod omnis actio nostra sit in merito bona
vel mala Responsio dicendum quod cum queritur utrum actio di
viditur per bonam et malam tamquam per duas immediatas
est quod de actione voluntatis deliberative sed quod
deliberativa est illa enim est que dividitur
per bonam et malam et quam de actione voluntatis
deliberative est intelligendum loquimur si quis ad regeneratione

vel in comparatione ad operantem. Dicitur primo sic: ille dicitur
ad actionem comparari aut secundum genus operis aut secundo
operantis. Si primo modo sic est planum quod non est divisio
per inmediata, immo inter actionem bonam et ma-
lam operationem mediantem contingit reperire mediam,
et hoc manifestum est quia cum triplex sit differentia boni moris:
quia est bonum secundum se sive per se et bonum ex cir-
cumstantia et bonum in genere, et ex contrario triplex
sit malum, videlicet malum in genere et malum ex
circumstantia et malum secundum se. Inter hec omnia contingit
reperire medium, nam inter bonum et malum secundum se quasi
media sunt illa que nec sunt bona secundum se nec
sunt mala secundum se, sicut sunt bona vel mala
in genere vel ex circumstantia. Inter bonum ex cir-
cumstantia et malum ex circumstantia media
sunt indifferentia quantum bona et mala in genere;
omnia enim illa indifferentia possunt fieri bona vel
mala ex circumstantia. Inter bonum autem in genere
et malum in genere cadit medium indifferens simpliciter,
sicut velle comedere vel velle festucam levare
de terra, que non dicunt bonitatem moris vel
malitiam. Et sic patet quod divisio actionis per
bonam vel malam quantum ad genus operis non
est per differentias inmediatas, immo est reperire differen-
tiam mediam et in hoc tota omnes concordant. Si autem
loquamur de bonitate et malitia actionis in
comparatione ad operantem sic sunt diverse opiniones.
Nam quidam dicunt quod est divisio inmediata,
nihil enim facit homo ex deliberatione quin deus
non reputet ei ad premium vel non imputet
ei ad culpam demeritum, unde in die iudicii ut di-
cunt de omni actu deliberativo reddemus rationem;
et hanc opinionem videntur confirmare illa verba
sanctorum qui dicunt quod sicut non peribit capillus
de capite nec momentum de tempore de quo rationem
non reddamus, sicut dicit Bernardus. Et hoc idem videtur dicere
Anselmus quod exigetur a nobis omne tempus impensum
qualiter fuerit expensum, et ipsa videtur veritas
confirmare cum dicit quod de omni verbo ocioso rationem reddemus.
Sed iste modus dicendi ~~amplicat~~ aut nimis am-
pliat viam salutis aut nimis coartat. Nam
adhuc quod sit opus meritorium aut dicet requiri
actualem relationem illius operis ad deum et in
preterito (?) aut dicet sufficere relationem in habitu
et in virtute. Si dicunt quod requiritur relatio
in preterito (?) nimis est arta via salutis, quia tunc
in omni opere quod homo non refert actualiter in deum
demereretur et peccat, quod valde severum est dicere.
Si sufficeret intentio habitualis et in virtute, tunc
quando aliquis proposuisset in corde suo servire deo
in principio anni vel mensis vel septimane vel
diei omnia opera que postea faceret etiam non de deo
cogitans essent sibi meritoria, secundum sic hec dicta
valde ampliatur et elargitur via salutis,
et in hoc auctoritatibus sanctorum obviatur qui dicunt eam
esse valde artam. Et ideo est alius modus dicendi quodammodo

magis temperatus quantum sit ille videlicet quod quedam sunt
actiones deliberative voluntatis que respiciunt ipsam
directe; quedam vero sunt que respiciunt ipsam
secundum quod regit potentias inferiores. Prima autem est locutio
quecumque est rationis secundum quod ratio utitur. Secunda vero est
comestio vel ambulatio et consimiles. Dicunt ergo
quod circa illas operationes que respiciunt voluntatem rationis
secundum quod rationis est non contingit reperire medium inter bonitatem
et malitiam; circa alias vero contingit. Unde bene concedunt
quod non omnis actio deliberativa vel bona est
vel mala; locutio autem omnis vel bona est
vel mala, aut enim est utilis aut ociosa, et si
ociosa tunc est mala, et propterea dominus dixit de
omni verbo ocioso reddere rationem, non de omni facto. Et beatus
Jacobus in canonica sua dicit quod qui in verbo non offendit
hic perfectus est vir. Et propterea dicit quidam expositor
verbum prius oportet venire ad limam quam ad linguam.
Sed iste modus dicendi adhuc non videtur plene
satisfacere, nam velle cogitare de veritate est
actus voluntatis secundum quod movet rationabiliter, et tamen frequenter
homo cogitat de veritate ita quod non refert ad deum,
et tamen durum est dicere quod peccet. Ulterius potest
loqui aliquis ex simplici pietate vel ex simili urbanitate,
sicut cum salutat hominem in via, et tunc valde
durum videtur dicere quod peccet, nec potest dici quod omnis talis
locutio sit meritoria. Et si placet dicere quod magis (?) facere
potius reddemus rationem de facto ocioso quam de iusto (?)
verbo, sicut hic concludunt a minori ex verbo evan-
gelii. Et ideo est tertius modus dicendi quod in operibus
voluntatis deliberative est ponere medium inter mali-
tiam et bonitatem. Nam quedam actio a voluntate deli-
berativa procedens est ordinata in finem debitum,
scilicet ad deum, et hec quidem est bona, et si fit ex caritate
est meritoria vite eterne merito condigni; si autem
fiat extra caritatem est meritoria merito congrui.
Quedam vero actio procedens ex voluntate deliberativa
est non ordinata ad deum tamquam in finem, et hec est
duplex (?) per distincta, quia non omnis actio non ordinata ad
deum tamquam ad finem est mala, quia quedam non
ordinatur propter inordinatam dispositionem ad contra-
riam; quedam vero non ordinatur propter ordi-
nantis negligentiam; quedam vero non ordinatur propter
operantis infirmitatem et miseriam. Prima differentia actionis
non ordinate est mala malitia commissionis;
secunda est mala malitia omissionis; tertia vero nullo
modo est mala, sed est indifferens. Talis autem actio est
quando quis facit aliquam operationem ita quod ex circum-
stantia non afficitur inordinate nec in illa operatione
operatur ad deum, sed facit propter aliquem finem quem re-
quirit indigentia nature, ut cum aliquis ambulat
vel recreatur vel comedit ut reficiatur. Talis
actio indifferens indicatur quia deus nec illam re-
munerat nec imputat in culpam. Et hoc quia
in tali actione non est malum commissionis quia non
est inordinata per delectationem, nec etiam omissionis;
non enim omittit homo quin actus suos non
refert in deum; indulgetur enim tam fragili et
infirme ut multa talia facere possit, nec deus
requirit ab homine in tali statu distantiam (?) et miseri-
cordia quod omnia que facit referat ad se; requirit tamen aliquando
quando est tempus et locus, et si homo non refert ob negligentiam tunc

Concedendum est sicut nos diximus quod dimisso
actionis pro bona et mala non est pro dictis im-
mediatas pro eo quod interdum habes dictas quod vult respicere
mentem sine actio considerare secundum genus operis sine ex
operantis ad illud quod quod probo oratio de illo verbo apostoli
omnia in gloriam dei facite videntur aliqui quod est
consilium aliqui quod est preceptum aliqui quod est finis
precepti sicut illud diliges dominum deum tuum etc. ad
predictos modos predictus sermo intelligi potest potest
enim accipi affirmative vel negative et
affirmative dupliciter quia hic signum omnia potest ibi teneri
collective vel distributive si accipiatur ne-
gative sic est preceptum et tunc est sensus ita facias
opera vestra ut non facias contra gloriam dei Si autem
intelligatur affirmative et hic signum omnis teneatur distributive
et divisim tunc est consilium et admonitio monet
enim apostolus secundum hunc sensum quod omnia opera nostra
referamus in deum et de quolibet divisim possumus
facere et utile est nobis et expediens si faciamus [illegible]
est enim opus deliberativum quod a nobis fiat quod
non possumus facere propter deum et si hic faciamus melius
faciemus quam quod non referamus Si autem predictus ser-
mo teneatur affirmative et hic signum omnia teneatur colle-
ctive tunc nec est preceptum nec consilium sed finis pre-
cepti et consilii ad hoc enim debemus tendere et hoc
desiderare quod ad talem statum perveniamus quod omnes
cogitationes et affectus nostros in deum referamus hoc autem
tunc optinebimus cum dominum ex toto corde diligemus
et sic patet quod ex ista auctoritate non concluditur quod aliquis
peccet cum non refert opus suum in deum actualiter
nec virtualiter id quod probaverunt quod non potest esse consilium non
enim hic accipitur consilium prout pertinet ad status virorum
perfectorum sed vocatur hic consilium quaelibet intentionem
[illegible] que via expedit ad perveniendum consistit
sicut sunt admonitiones [illegible] in hoc proposito et consi-
milis exhortatio ad bonum ad id quod dicitur de precedenti
ratione de verbo otioso dicendum quod otiosum non dicitur verbum
quod non sit ordinatum in finem solum sed quod caret
utilitate dicentis vel alicui deberet et inter tale otiosum
et meritorium sine bonum cadit medium quod ad fit
dicendum quod non est eadem utilitate privatum nec tamen est ordi-
natum in deum tamquam in finem ultimum unde non
dicitur homo esse otiosus ille qui non laborat sed tunc
dicitur esse otiosus quando non laborat et deberet laborare
sequitur tamen illa verba que videntur esse inutilia
utilia sunt aliquando ordinantur ad recreationem alicuius
spiritus et exhilarationem audientis si quod refertur [illegible]
[illegible] dixisse cum quidam fecit recitare otiosum
magis sunt facta sed non otiose sunt referat enim
hic ad letificandum illum quem viderat mestum
ad id quod dicitur quod in via dei stare retrocedere est
dicendum quod verum est quod homo stetit tamen debet ambulare
et [illegible] ad id [illegible] dicitur quod non perdit momentum
de tempore et similiter quod exigetur a nobis ratio
qualiter tempus fuit expensum dicendum quod [illegible]
hic est difficile ymmo impossibile est vitare quod deus si
pro sanis undique se offert opportunitas exer-
cendi in bonas operationes et in bonas affectiones et
intentiones et ideo ibi ut reddamus nos sollici-
tos sicut nos et dominus ipse dicit quod verum dico
omnibus dico vigilate ad id quod dicitur quod principium

inter votos et retributos dicendum quod non est sic pro eo
quod omnis homo qui nascitur nascitur cum peccato a quo
non liberatur nisi per gratiam et illa gratia amittitur
per culpam unde necesse est voluntatem esse gratiosam vel
odiosam et quod retributos videntur per sanis
hinc est quod omnis qui non salvatur damnatur ita
quod non est medium non sic autem est de actione quia
voluntate inquantum est libido potest aliquam actionem exire
etiam potest libidinem movere unde sic istud arcum
non vult voluntas non potest esse sine libidine vel
gratia ergo non potest movere sine libidine vel gratia
sicut nec actio predicta ad id vero quod dicitur quod omne
quod non est a deo est privatum bono ergo similiter omne
quod non est ad deum dicendum quod non est simile quia ordinatio
actionis ad deum tamquam ad causam efficientem
vel ad primum attenditur non solum quod adesse mo-
veris sed etiam quod est esse necesse et ita requirit esse
ordinatio vero quod ad finem requirit bene esse propter ens
tamen medium non est inter ens et non ens est tamen medium
inter bene esse et male esse moris pro eo quod bonitas
moralis non se extendit ad omnes actus sicut
bonitas [illegible] ad id quod dicitur quod si voluntas adsit
cum consistit in creatura refert ad deum dicendum quod quamvis
essere dicitur aliquid alicubi dupliciter aut quod consistit ibi
tamquam in ultimo fine et tunc est actio ma-
la malitia mortalis peccati quando voluntas potest
plus creaturam pro ultimo fine et principaliter
aut quod sic ibi consistit non quod ibi potest ultimum
finem [illegible] non utique tendit et hic potest esse triplex
dumtaxat aut ex aliqua moderata affectione
qua illi rei obligatur aut ex negligentia et torpore
quo negligit referre cum posset et deberet
aut quod ex quadam [illegible] et infirmitate aggravatur
ut difficile sit sibi omnes actos in deum referre et predictis
duobus modis et peccatum non [illegible] Notandum est
tamen quod adhuc quod aliqua actio sit meritoria non oportet
quod frequenter eam actualiter referat in deum sed
sufficit recto spiritualis spiritualiter autem rectum
[illegible] non quod habeat caritatem per quam sit habilis ad
referendum sed quod in primordio operationis vel
alterius ad quam illa [illegible] sic habet intentionem
ad deum hic dicitur unde si aliquis intendit pro deo dare
[illegible] incitas et incipit dare et cogitat de deo
in principio [illegible] et in aliis non cogitat [illegible]
sed ille datos sunt ei meritorie et fructuose
[illegible] opus aliquod [illegible] incipiet opportet
quod intentio renovetur ad hoc quod opus sit meritorium
propter hunc etiam modum intelligitur esse in vita religiosi
qui in principio ex caritate devovebit portare reli-
gionis pondus quamvis enim faciunt quod ad finem reli-
gionis observantia spectat et [illegible] intentionem
eius est meritorium ad salutem nisi forte quod absit
contraria intentio succedit [illegible] hoc autem quando ad religiosos
non spectat sicut est quod illa intentio non se extendit
ad alia spiritualiter et ideo non est pro necessitate et
utilitate religionem intrare sunt tamen qui dicunt
quod spiritualis intentio solum sufficit ad meritum satis-
factionis opus enim satisfactionis non est si fiat in
caritate adhuc autem quod opus sit meritorium vite eterne
dicunt necesse esse concurrere actualem intentionem quia
nullum opus est meritorium nisi fiat a caritate actu-
aliter mote probabilius tamen est dicere sicut dictum est

quod ad utrumque sufficiat vel a spiritualis vel a carnalis aut spiritualem. Voco autem quando quis in generali refert ad deum omnia opera dicta vel omnia sequentia refert aliquod opus ad deum ita quod opus sequens directum sit ad aliquod per priorem ordinationem et generalem sicut est in illo qui dat [illegible] vel intendit ire ad sanctum Jacobum [illegible] aut nolit [illegible] habitualem etiam intentionem sine relatione voco quando non precogito in actu ut tunc sine ulteriori deo ex sola bonitate operis consideratione ipsa caritas [illegible] vel aliqua alia virtus caritate informata ad ipsum bonum opus inclinat sicut vir obediens meretur obediendo prelato sibi precipiti etiam si nil de deo cogitet sed solum considerat quod bonum est obedire.

Consequenter queritur et secundo principaliter scilicet de comparatione actionis male ad voluntatem et circa hoc queruntur tria primo quare utrum omne peccatum actuale tam mortale quam veniale sit voluntarium. Secundo quare utrum omne peccatum mortale sit contra voluntatem sit contra [illegible]. Tertio quare utrum punire sit et peccare sit ipsius voluntatis [illegible].

Circa primum sic proceditur et quare utrum omne peccatum actuale sit voluntarium et non tantum sit de mortali sed etiam de veniali et quod omne peccatum veniale sit voluntarium vel sic dicit Augustinus et habetur in libro [illegible] adeo peccatum est voluntarium ut nullo modo sit peccatum nisi sit voluntarium ergo si peccatum veniale peccatum est ergo necesse est ipsum esse voluntarium. Sed tu dicis quod omne peccatum est voluntarium aut voluntate propria aut voluntate Ade et veniale est peccatum quia voluntarium voluntate Ade. Contra quia hic quod si ad rationem venialis peccati sufficeret quod sit voluntarium voluntate Ade tunc idem peccatum quod Adam transfudit in nobis sit peccatum originale veniale peccatum esset originale quod si hic est falsum respondet quod et ipsum [illegible] motus inordinati et adulterium qui dicuntur in nobis esse peccata non sunt peccata nec in pueris nec in furiosis hic autem non est nisi quod non moventur nisi ratione et voluntatis ergo videtur quod [illegible] peccata sunt in nobis voluntaria voluntate propria [illegible] quando stomachus exinanitus in hora comestionis appetit comedere nulla est ibi culpa quamvis sit ille appetitus inordinatus et ad idem quod non [illegible] tali tempore hoc autem non est nisi quod motus ille nascitur de natura ergo videtur quod ad hoc quod aliquis motus adulterium sit veniale peccatum necesse est ipsum esse voluntarium. Item omne quod quis facit aut facit naturaliter aut facit voluntarie aut violenter. Si igitur venialia committit aut ergo per violentiam aut per naturam aut per voluntatem. Si per violentiam ergo nulla est ibi culpa. Si per naturam similiter quia in his que naturaliter fiunt non est culpa ergo si peccatum veniale culpa est necesse est quod sit a voluntate. Item denotato aliquo veniali aut potest vitare aliquis hoc peccatum aut non potest. Si non potest et nullus peccat in eo quod vitare non potest ergo committendo hoc peccatum non peccat. Si potest vitare et quod committit potens vitare committit voluntarie ergo etc.

terminum a quo ergo si conversio est in veniali peccato necesse est
quod similiter sit aversio Item omnis amor creature vel est
per modum usus vel per modum fruitionis sicut dicit Augustinus
in libro de doctrina christiana sed in peccato veniali est amor
creature ergo vel per modum usus vel per modum fruitionis
sed finis est ponere finem in creatura et hoc non est aliud
quam averti a deo ergo omnis amor venialis peccati
facit adeo averti Sed contra nullus aversus a deo
est iustus Sed peccans venialiter remanet in gratia
ergo peccans venialiter non avertitur a deo maior
manifesta est Minor probatur per illud Proverbiorum xxiiii. Septies
in die cadit iustus et resurget Item nullus
separatur a deo nisi volens sed omnis qui avertitur separatur
a deo ergo nullus separatur a deo nisi in actu quo facit
mera voluntate sed multa venialia peccata committuntur
quadam surreptione sicut dicit Augustinus quod volo malum
illud facio ergo erat Item nullus avertitur a deo sine
ipsius dei contemptu et offensa sed nullus contemnit
deum et offendit sine gravi culpa sed veniale
inter levia peccata reponitur ergo per veniale homo non avertitur
a deo Item nichil est quod stat simul cum caritate
ergo erat minor manifesta est Maior probatur quia si veniale
expelleret caritatem ergo aufferret vitam gratie
sed peccatum quod aufert homini vitam ponit mortem
et dicitur mortale ergo peccatum veniale esset mortale
Respondeo Dicendum quod absque dubio peccatum veniale non convenit
cum mortali in aversione sed quia aversio dicitur proprie
importat enim dei contemptum et contemptus dei ira meretur
et morte peccatum autem quo quis meretur iram et mortem
non dicitur veniale ymmo potius mortale et ideo cum

tenetur quod aversio proprie loquendo reperitur
in peccato mortali non in veniali et istud
melius patet si modum attendamus per quem
homo dicitur averti a deo et contempnere deum committendo
aliquod peccatum in quo non cogitat de deo Sed aut
enim homo avertitur a deo quia facit contra divinum
mandatum rectum adeo avertitur quia mandatum
est via recte perveniendi ad deum et tendendi
in deum quia igitur facit contra mandatum incedit directe
via contraria ideo quasi faciem suam retrorsum con
vertens tergum vertit ad illud in quod debe
bat per mandatum tendere Similiter creaturam statuit
sibi creaturam tamquam finem ultimum recte dicitur
adeo averti quia cum media est inter creaturas
et deum mens est ymago dei deum ergo ad crea
turam tamquam ad finem convertit faciem
suam que debebat esse sursum versa deor
sum inclinat et ideo se avertit a deo et
utroque dictorum modorum non est aversio sine contemptu
quia qui mandatum dei transgreditur contemnit
mandantem Similiter qui creaturam finem
sibi statuit plus eam magis appreciatur creaturam
quam deum et hoc non potest esse sine dei contemptu
veniale autem peccatum nec est directe contra dei man
datum nec statuit creaturam tamquam finem ultimum
et ideo non est in eo nec aversio nec contemptus
Sed quod veniale sit preter dei mandatum in veni
ali etiam peccato creatura non refertur in deum
hinc est quod per veniale quodammodo recedit homo
a via mandati quodammodo etiam morose adheret
ei per quod deberet transire unde et in veniali
est quedam elongatio et quedam retardatio unde
conceditur quod veniale adeo non avertit si elon
gat adeo non separat sed retardat et si large
nomen aversionis sonat in contemptum ideo te
nendum est quod avertere adeo sit mortalis peccati
unde rationes que hoc ostendunt concedende sunt Ad
illud ergo quod primo dicitur quod peccatum est desertio
dicendum quod si ista diffinitio detur pro peccato mortali
desertio stat ibi pro aversione Si autem detur pro
quolibet peccato desertio dicit quandam elongationem
et retardationem posset tamen dici quod non dicitur
ibi peccatum desertio dei sed desertio cuiuslibet boni
quod spectat ad rectitudinem creaturis ergo
in veniali non sit desertio dei est tamen desertio
alicuius bone circumstantie circa actum
ex cuius defectu incidit in veniale
peccatum et in hoc conveniunt tamen veniale quam
mortale peccatum quod utrumque privat aliquo
bono sed in hoc differunt quod mortale privat
aliquem actum vel circumstantiam necessariam

ad salutem veniale vero non Ad illud
quod obicitur Et veniale est contra dei
prohibitionem Dicendum quod illud proprie dicitur esse
contra prohibitionem ad cuius oppositum obligat
prohibitio veniale autem non est huiusmodi et ideo
non est directe prohibitum est tamen ipsi prohi
bitioni annexum et magis proprie debet
dici cohibitum quam prohibitum et hoc patet
conveniente cum dicitur prohibet concupiscentiam dicens
Non concupisces non prohibet primum motum concupiscentie
sed concupiscentie progressum secundum illud Ecclesiastici fili post
concupiscentias tuas non eas Sed dum prohibet hoc
re prius motum concupiscentie hoc ipso manifestat
quod concupiscentie motus non est bonus nec deo pla
citus Ad illud quod obicitur quod amor infe
rioris pulcritudinis polluit animam Dicendum
quod anima dupliciter potest pollui aut macula mor
talis peccati que omnino expellit nitorem gratie
aut macula venialis peccati que quodam modo
retardat actum dilectionis gratuite et prima
pollutio est per mortale et facit ad defor
mationem ymaginis quia aufert ei formam
secundum ymaginem recreationis Secunda vero
est pollutio venialis que et si aliquo modo
polluat non tamen animam deformat quia stat
simul cum gratia que animam informat Ad
illud quod obicitur quod simpliciter ad quod se conver
tit totaliter se convertit Dicendum quod hoc dupliciter
potest intelligi quod totaliter potest dicere totalita
tem quantum ad actum convertendi vel quantum ad ha
bitum vel quantum ad potentiam convertendi Si
intelligatur quantum ad actum sic verum est ad minus
secundum statum vie quia non intelligimus simul
et semel nisi unum solum aut si multa
simul intelligamus et volumus hoc est in quantum
sunt unum Si autem dicat totalita
tem habitus vel virtutis sic falsum est
primo non enim oportet quod quando anima vel aliquis
simpliciter convertit se ad aliquid quod totum se secundum
totum suum habitum et secundum totum suam potentiam
quia potest converti intensius et remissius
Ergo dicendum quod quando affectus se convertit ad u
num totaliter avertitur ab eius opposito
sive disparato si primo modo intelligatur
falsum est quia potest se convertere ad unum
in actu et ad aliud in habitu Si
secundo modo vel tertio intelligatur
sic habet veritatem sed maior propositio
fuit falsa et propter hoc quia totaliter
converti aliter accipitur in maiori
propositione et aliter in minori ideo
quia illa non tenet et si tu obicias quod
non potest affici simul et semel erga deum et

erga creaturam quam inordinate diligit
unde cum convertitur ad unum
avertitur ab altero Dicendum quod non sequitur
quia averti plus dicit quam non converti
actualiter importat enim quendam contemptum
videlicet quandam aspernationem dei sive con
temptum Ad id quod obicitur quod motus separat
a termino a quo Dicendum quod verum est de illo motu
proprie dicto qui continet duos fines unum
a quo incipit et alium in quem tendit non sic
est in actu venialis peccati anima enim cum peccat
venialiter non movetur a deo in creaturam sed
magis afficitur circa ipsam creaturam
unde et veniale peccatum potius est
animi affectus sive actus quam motus
Ad illud quod obicitur quod amor venialis
peccati est amor fruitionis dicendum
quod falsum est secundum quod frui accipitur proprie
videlicet quiescere in aliquo tamquam
ad finem ultimum sic enim frui est proprie mortale
peccatum non per veniale Si ergo queras
utrum sit usus vel fruitio Dicendum
quod nec est usus nec fruitio sed abusus
nisi forte usus dicatur large omnis a
mor quo quis amat aliquid non
quiescens in illo sed referat ad aliud actu
vel habitu sive referat recte sive minus
recte et quod illud opporteat dicere ma
nifestum est Cum enim aliquis dili
gat aliquam creaturam referens
ad aliud non tamen ad illud ad quod debet
amore illo peccat nec tamen est illud fruitio
nec usus proprie dictus sed magis proprie
debet dici abusus unde augustinus
omnis qui ~~dicit~~ amat aliquid aut
amat utens aut fruens accipit lar
ge usum et fruitionem pro omni
amore relato sive recte sive indirec
te fruitionem pro omni amore
non relato sive statuat sibi finem
principalem sive non et sic in
divisione illa comprehenditur
amor venialis peccati nisi for
te quis velit dicere quod augustinus
loquatur ibi de amore ordinato
Et sic patent ea que obiecta sunt
per solutiones suprascriptas
et tantum ~~de secundo sequitur~~
de primo sequitur secundum
et queritur ut in sequentibus

Secundo queritur utrum veniale equat cum mortali
in reatu eternitatem pene et quod sic videtur
pena assumpta pro mortali est proportionabilis
pene assumpte pro veniali et quod adequabitur
et quantum ad durationem ergo si pene arbitrarie pen-
santur secundum magnitudinem reatus peccati videtur
quod reatus venialis et mortalis sunt utroque
modo proportionabiles sed pena eterna non est
proportionabilis nisi eterne si ergo unum obligat
ad penam eternam videtur quod et reliquum. Si tu di-
cas quod per gratiam mortale fit veniale et commutatur
pena eterna in temporalem contra hoc quod tunc veniale
similiter remittitur per gratiam si iustitia dei est
ordinata sicut eternam commutat in temporalem et
temporalem debet commutare in momentaneam quod
non facit videtur quod ex parte illa nulla sit. Item
esto quod aliquis discedat cum mortali et veniali
et quod de neutro fuit in hac vita penitens
si ergo peccatum non remanet impunitum ergo punitur
pro utroque iste sed non nisi in inferno et in inferno
punitur in eternum sed non punitur ultra quam meruit
ergo pro peccato veniali meruit puniri eternaliter.
Si tu dicas quod punitur eternaliter ratione mortalis
admixti contra quod non esto quod mortale ideo puniatur
quantum meruit puniri tunc ergo pro veniali aut
punietur eternaliter ratione mortalis admixti
non ratione mortalis admixti quia ideo sufficienter
punitur per se si ergo punitur eternaliter hoc est contra sim-
sed deus nullum punit supra condignum ergo di-
gnum erat propter veniale peccatum aliquem eternaliter
puniri. Item veniale stat cum gratia et stat cum
mortali et utrobique salvatur ratio venialis
et constat quod magis salvatur cum mortali quam cum
gratia quia gratia delet ipsum mortale minime ergo si
abstrahatur ab utroque magis tenebit proprietatem
quam habet cum mortali quam cum gratia sed quando est cum gratia
debetur ei pena temporalis quando cum mortali debetur
ei pena eterna. Si tu dicas quod olim debetur
si pena temporalis debetur ei ratione gratie sed hic non
est verum quod debetur ei ratione sui. Contra quia impossibile
est sufficienter puniri peccatum nisi remittatur
quia quamdiu durat culpa debet durare pena
non enim decet esse deformitatem peccati sine decore iustitie
sed nec mortale nec veniale dimittitur nisi per gratiam
ergo tam mortali quam veniali debetur pena eterna.
Contra est de se. Item esto quod aliquis tantum habeat peccatum
veniale nec tamen habeat gratiam aut esset dignus pena
eterna aut temporali si temporali ergo illa persoluta esset
ille absolutus a culpa sed potest per se ipsum penam
illam solvere ergo per se posset ad innocentiam resur-
gere quod si non potest per se ipsum ad innocentiam resur-
gere nunquam potest. Contra est de se pena sufficiens
pro illa culpa sustinere ergo nisi auxilium gratie
superveniat veniali peccato debetur pena eterna.
Si tu dicas quod solvendo penam disponeret se
ad gratiam qua culpa deleretur sed non solum quod sic
videretur puniretur pro peccato mortali deus quantumcunque infunderet
quia illam culpam mortalem deleret. Item delectatio
mortalis peccati non excedit delectationem venialis
in infinitum ergo si reatus rendet delectationi
nec reatus excedit reatum in infinitum sed eternum
excedit temporale infinitum si ergo mortale obligat

ad penam eternam ergo veniale. Si tu dicas quod quamvis
non excedat simpliciter excedit tamen secundum reputa-
tionem quia mortale diligit creaturam quam deum qui est bonum
infinitum veniale vero minime. Contra hoc
est quod tunc veniale peccatum a deo punitur et deo
displiceat aliquo offensum est dei ergo sicut tan-
ta est offensa tanto maior qui offenditur tum
pro veniali peccato offenditur deus qui est infi-
nitus sicut et mortali ergo sicut pro mortali peccato
meretur homo puniri infinite ita et pro veniali.
Contra quod Hugo de sancto victore veniale peccatum est
illud cui sine se debetur pena. Item historia ergo reatus
peccati venialis solum est pene temporalis. Item
pena eterna est mors secunda sed nulli debetur
mors secunda nisi propter primam que est separatio
anime a deo sed veniale a deo non separat
sicut supra ostensum fuit ergo non obligat ad pe-
nam eternam. Item si veniale facit hominem di-
gnum pena eterna ledit hominem usque ad mor-
tem sed quod lesit hominem debet dici mortale ergo veni-
ale peccatum est mortale. Item si veniale obligat
ad penam eternam cum eterna careat fine
et quod caret fine caret remissione et venia
veniale peccatum dicitur per oppositum ad remissionem et
veniam sed quod est huiusmodi non est veniale ergo peccatum
veniale non est veniale. Item si veniale
facit dignum pena eterna et gratia facit hominem
dignum vita eterna cum veniale peccatum et gratia
simul sint in eodem simul homo est dignus pena
eterna et vita eterna ergo si fit ei retributio
secundum quod meruit simul posset esse in eterna beatitudine
et in eterna pena quo nihil magis est impossibile.
Responsio ad predictorum intelligentiam est notandum quod
sicut fides nostra dicit peccato mortali debetur pena
eterna multiplices conveniunt assignari rationes ad
probandum aut sufficit una quam ista quam alibi habet
Anselmus in Proslogio ubi queritur de eternitate pene
infernalis. Propria enim ratio quare
debetur peccato mortali pena eterna est quia dum homo
peccat mortaliter separat se a vita gratie
et subicit se perpetue impotentie resurgendi de
culpa quantum est de se. Nemo enim potest a culpa
mortali resurgere nisi per creatorem et infusionem
nove gratie et nove vite et propterea ratione
astrictus impossibile peccato mortali annexa est obligatio
ad eternitatem pene. Hec autem pena eterna et
si omni peccato mortali debeatur non sic omnibus persolvitur
quia quamvis mortale peccatum reddat hominem impo-
tentem ad resurgendum per se ipsum contingit tamen hominem
revocari per divinum auxilium gratie. Ergo peccato
mortali pena eterna quia separat hominem a vita
perpetualiter aut pena eterna in eo computatur hominem
in eternum separatum a vita. Contra veniale
peccatum non separat hominem a vita quia non ex-
cludit gratiam nec separat hominem a vita in perpetuum
separatum. Hinc est quod peccatum veniale nec de
se obligat ad penam eternam nec ei secundum se red-
ditur pena eterna quia veniale peccatum coniungi

[Ha]bet ei quod separat a vita eterna, ei quod separat a vita eterna conveniens est quod ratione adiuncti perennis debetur et pena eterna persolvitur. Unde si aliquis decedat cum mortali simul et cum veniali eternaliter puniretur et ratio huius est quia nullum peccatum deleri potest absque gratia et quamdiu et quamdiu durat culpa debet durare et pena et ideo cum venialis culpa duratura mortali in infinitum ratione coniunctionis cum ea in infinitum punitur. Verumtamen ei quod est debetur pena temporalis cum simul stare possit cum gratia et ideo peccatum veniale nominatur ut magister distinguitur a genere peccati mortalis quia mortale aufert principium vite et venie videlicet ipsam gratiam, veniale autem quantum est de se non aufert ymmo simul cum illa manet.

Concedende sunt [illegible] rationes ostendentes quod veniali peccato non debetur pena eterna secundum se. Ad [illegible] quod dicitur quod pena satisfactoria pro veniali et mortali sunt [illegible] dici potest quod ratio illa non excludit quin debeatur veniali pena eterna nisi prout est coniunctum mortali. Ad secundum illa non cogit quia sit in opposito, dictum est enim in infusione gratie pena mortalis peccati commutatur in temporalem, pena venialis peccati non commutatur in non temporalem et si tu queras unde hoc cum iusticia dei debeat esse ordinata, dico quod quia obligatio ad penam eternam non potest simul stare cum gratia [illegible] per infusionem gratie fit absolutio a reatu pene eterne, sed gratia bene stat cum pena temporali et ideo non oportet per infusionem gratie penam temporalem in momentaneam commutari. Ad tertium quod dicitur de eo qui decedit cum veniali et mortali dico quod [illegible] tam pro veniali quam pro mortali eternaliter punitur sed hoc non est ratione venialis precise sed ratione mortalis adiuncti, ut videlicet quod dicit quod mortale punitur in se quamdiu manet quia sicut bonum vigoratur ex bono ita malum vigoratur ex malo eo modo quo dicitur malum vigorari, ideo quamvis veniali quantum est de se non debetur pena eterna, nichilominus tamen potest ei deberi in quantum est coniunctum mortali et ideo cum deus punit tam veniale quam mortale in eadem pena eterna neutrum punit supra condignum sed utrumque punit prout [illegible] non solum in se sed etiam prout est alteri coniunctum. Ad quartum quod dicitur quod magis salvatur ratio venialis cum mortali quam cum gratia, dico quod si intelligitur de gratia quantum ad actum verum est [illegible] actus gratie sive motus gratie delet veniale peccatum. Si autem intelligatur quantum ad habitum falsum est quia veniale cum gratia magis salvatur in ratione sua quam cum mortali; tunc enim nec reatus eius augetur nec minuitur nec mutatur, sed cum veniale coniunctum est mortali tunc reatus eius augetur et quodammodo mutatur quia quasi cum malo vigoratur. Ad [illegible] videlicet ad id quod obicitur quod veniali non debetur pena temporalis nisi ratione gratie quia semper duraret nisi esset gratia, dico quod verum est quod semper duraret nisi esset gratia quia tamen ipsum de se gratiam non excludit sicut mortale, simul stat cum principio sue remissionis et deletionis; ideo quamvis non possit deleri nisi per gratiam nichilominus tamen quantum est de sua natura delebile est et curabile non sicut est de mortali quod omnino excludit donum gratie. Ad [illegible] quod dicitur quod si aliquis esset in solo veniali et moreretur [illegible] cruciaretur, dico quod positio est impossibilis, primo quia nunquam fuit nec est nec erit quod aliquis in solo veniali fuerit ita quod non haberet gratiam, nec enim est medium inter quin homo habeat gratiam aut sit in mortali peccato et in [illegible] statu nullum fuit medium inter innocentiam et mortalem culpam quia puritas innocentie non potuit perdi nisi per mortalem culpam sicut supra ostensum fuit et ideo positio illa vana est. Esto tamen quod aliquis puer esset in veniali peccato, dico quod deus nunquam educeret eum de statu vite quin vel ipse peccaret mortaliter vel ipse daret ei gratiam et si queritur utrum isti veniali debeatur pena eterna vel temporalis, dico quod debetur pena temporalis et si precedat ultimum [illegible] illa persoluta erit omnino immunis a culpa, dico quod verum est sed quod nunquam potest cum deo perseverare ita quod deus eum acceptet [illegible] gratia causa est quia deus non cogitur istum semper [illegible] gratiam sibi infunderet [illegible] solum pene acceptaret et ideo non sequitur quod illi peccato debeatur pena [illegible] si non sequitur quod [illegible] possit resurgere a culpa ad innocentiam. Ad [illegible] quod dicitur quod delectatio excedit delectationem in infinitum [illegible] intensionem delectationis [illegible] reputationem peccantis [illegible] diligit ad bonum creatum et diligit increatum et adeo bonum increatum reputat bonum quod si bonum creatum infinities multiplicaretur adhuc non [illegible] illi in amore sed plus amaret deum quam bonum creatum infinities multiplicatum licet utrumque finite diligat sicut et in proposito [illegible] in amore concupiscentie [illegible] caritate [illegible] et que cum caritate salvatur [illegible] una [illegible] caritatem [illegible] preferret creaturam deo [illegible] preferendus infinitis bonis creatis, alia vero que cum caritate manet et non preferret creaturam deo et ideo secundum reputationem et peccantis et decipientis mortale excedit veniale in proportione. Ad [illegible] quod dicitur quod per veniale offenditur deus [illegible] quod falsum est, non enim dicitur deus offendi nisi contemnatur, sed verum est quod cum veniali peccato minus deus amatur sed quod dicit Augustinus minus te amat qui tecum aliquid amat quod non propter te amat. Ideo veniale vitam eternam non aufert sed retardat quia adeo non separat sed elongat nec obligat ad penam eternaliter cruciantem quantum est de se sed temporaliter affligentem.

Consequenter queritur tertio loco de modis dividendi peccata et cum multi sint modi dividendi de quibus valde prolixum esset hic disputare [illegible] in generali quero duo: primo quare peccatum habeat dividi per differentias [illegible] tamen an per differentias formales et specificas; secundo quare peccatum dividi habeat per conversionem et aversionem tamquam per differentias diversas.

Circa primum sic proceditur et queritur utrum peccatum dividi habeat per differentias malas tamquam contrarias [illegible] et quod non tamquam per [illegible] sed tamquam per formales dividi habeat ostenditur sic. Sicut se habet castitas ad virtutem ita se habet luxuria ad vitium

go sicut castitas e spes virtutis ita luxuria
est species vitij ¶ 3a vna spes distinguntur
ab altera per dras formales go etc It bom
opponit malo no tm malit s etia forlit
et diuis boms directe oppont mala s boa
quibz mala oppont foraliter distinguntur
go pi vom et mala que eis formalit otta
sunt forlit drunt Ite et vm actu pcti
assignantur diuse drc pctorum sicut in pcto ade
in quo dr fuisse gula supbia et inobedia
¶ 3a pcta que no sistunt et vm actu no ha
bent dram malem go si aliquo differt
nce est q habeant dram foralem It multiplic
s mam et multiplic s min no ht statu
go si pcta solu distinguerentur p dras ma
terialr dantes nuqm posset diuidi pctm
sufficienti diuisione ¶ i a in scriptura pe
ccatu diuiditur diuis ipsum sufficienter
diuidentibz et de pctm oppletatibz vr q
pcta ab inuicem distinguuntur no solu diuis
malibz vm etia formalibz ¶ 3a q forle
in gne pcti morlis est auso ¶ 3a pcta apte
auisionis ne distinguuntur ymo gveniunt
oia enim dicunt ausiom adeo si go distinguit
ht est solu apte cumsionis que e in pcto
malis go tm diuiditur pctm p dras ma
les no per forales Item pctm formalr
loquendo nl est s q nl est no ht dras diui
dentes go si pctm diuidit nullo diuidit
nisi formalit gsiderat restat q solum
diuidatur per id q e male in ipso et ita re
dit idem q prius It de illud q ht dras
forales et specificas aliquo foralit loqndo
ht spem s pctm sine malu foralit loqndo
est pno spei et puao spei no ht speciem
et q caret spe caret dra forli et specifica go etc
It si pctm hret dras ipsi forlit diuidentes
go hret vas spes ¶ 3a de tale ht ordinari
in gne directe illud aut q e in gne adeo e
go pctm formalit loquendo adeo esset
quod est q fidem It pma diuisio pcti est
in orile et actuale sed orile et actuale
pctm no distinguit forlit q q e origle
vni fuit actuale alteri sicut q q est
orile nobis fuit actuale ade ¶ 1 1a pma
mbra maxime drunt et orile et actuale
no sunt drc pcti forlit drutes multo for
tius nec alie It pa diuisio actualis pcti
est p morle et veniale s mortale et veni
ale no dicunt diusas dras s form et spem
go multo nec alie drc s spem et form
faciunt differre aor ipo matta e bor p
per ht q veiale pctm efficit morle sola
intencion libidinis q id genus delectat
go si maius et minus no faciunt diusitate
s spem et form vr q pctm veniale et mor
tale no addat forlem dram go nec alia
¶ o dz q dr q loq de pcto aut i concre
tione aut in abstraccion si in abstraccion

sic dd est q qadz pctm cu sit puatio no
ht ordinari in gne nisi per accidens s
r oppom ad suu oppositu sic etia no ht
forlit distingui nisi racon sui oppositi
puatas enim distinguit per habit vn sic
castitas et fortitudo sunt virtutes forlir
dantes in gne virtutis sic et luxuria
et pusillanitas que sunt opposita istarum
duarum virtutu forlit drunt differre
in gne viciorum no tm s suam form sm oti
¶ i aut loqmr de pcto in concreton sic
no tm de puacom s etia actu vel ha
bitum substrato et qu actu vel habitu
substratus pcto no tm diusifica forlit
ymo etia formali dra alia e enim pmitas
ad luxuriam alia p rmtas ad supbia
et alius actu qmo supbit ab et alius q
luxuriat ab no tmo s mam s etiam s
form p foralem dram obiectorum hinc
est q pctm s q concretiue accipitur diuidi
ht no tm p dras forales vm etia et
males formales dico no r v de formis
s r v habitu vel actu substrati et sic pz q
sine pctm accipiatur abstracte sine concrete
dras ht forales s vno p se alio p
accidens q vno dt ens in gne s rectaz
coordinatom alio dt ens in gne solu
p reductiom et q hc mo ros ad pmo
p tem procedunt ideo gcedo sz ad id vo
q pd de in gnere q forle in pcto e auso
dz q vm est q forale est auso r v
conuisionis ppe tn tdo pctm magis dicit
¶ ici forlit puao bom sibi oppositi qm
auso adeo aut saltem eque pprie et
pmis pctm ron ausonis adeo non
multiplicatur q vm est a quo fit auersio
tn ron puaticionis bom cui opponitur
multiplicitatem ht et ita ron eius q est in ipso
forle ht diusas dras p adesse pcti no
tmo gcurrit auso s etia guso et qm
conuisio respicit alia recta que no tm
distinguunt mal s etia forlit drunt
hinc est q ex illa pte pctm ht plisitam
p forales dras It ut dr guso esse male
in pcto simplr loquendo s solu ron ausioal
ut oio est malis r v ausionis hac et si
auso det conuisiom q sit pctm guso
dat ausiom q sit tale pctm ad id q or
q pctm forlit loquendo nl est dz q vm e
ppmo dt nbpt tn aliqd no solu ut
sbi vm etia ut oti et ca ron qua aliqd e
tui forlit opponitur forlit ht distingui
no s forma que e in ipso s s forma que e
in suo opposito ad id q or q pctm e pno
spei q no ht spem iam pt ausio vm e
enim q no ht spem ppe s q pno ut dr
hre dras forales et specificas isto mo
s q nisi hrat diusas spes s q opponitur
diuis boms s spem nisi illa pnat ad
illud q or q si hret spes esset in gne p se

Dicendum quod verum est si habet species infra et per se ponitur
autem si accipitur abstracte et formaliter
sicut non est in genere per se nisi per reductionem sic
non habet dividi per differentias formales diversas per se
sed solum participatas. Communis autem peccati habitus est
et accipitur abstracte non potest in genere tamen si
accipitur concrete secundum rationem actus substrati et
habitus in genere est actio enim peccato substrata
a deo est. Ad illud quod dicitur de originali et actuali
dicendum quod originale et actuale non proprie dividunt
quia hoc se habet ab actu et illud a natura sed etiam
dividunt penes hoc quod privant unum et
actuale privat iustitiam gratuitam sine per
sonalem originale vero tollit iustitiam originalem
sine qua respiciunt hominem secundum quod est natura. Propter
quod dicitur in nobis originale et alibi in Adam. In nobis
dicitur originale quia est ab origine tractum. In Adam
vero quia fuit origo aliorum peccatorum. Et quamvis
originale secundum quid possit esse idem quod actuale propter
tamen prius dictum non potest originale converti in idem peccatum genere
cum actuali et hic modo potest dicta intercedere.
Ad illud quod dicitur de veniali et mortali quod non
dividunt formaliter quia magis et minus non va
riant speciem. Dicendum quod prima propositio falsa est. Ad hoc
autem quod dicitur quod differentia secundum magis et magis non
variant speciem respondetur tamen quod hoc est
verum in genere nature sed non est verum in genere moris
… quia vitia diversificantur formaliter
secundum speciem penes superabundantiam et defectum
non solum … mentem sed etiam a virtute.
Quod conceditur quod hic mitigatur de magis et minus
… delectari aut sub deo est veniale
et delectari supra deum est mortale.
Quod conceditur quod hoc verum est de magis et minus
… tamen sed non de magis et minus vel tamen
unum calidum in … gradu est alterius speciei
quam calidum in … sic et in proposito …
quod amare aliquid … est peccatum veniale
et … intendatur amor … quod
est veniale peccatum. Si autem ponit
aliquid deo … tunc … et sic
cadit in aliud genus peccati scilicet mortale.

Secundo queritur utrum peccatum habeat dividi per aver
sionem et conversionem tamquam per diversas spe
… differentias sive diversa peccata et quod sic videtur
Jeremie … duo mala fecit populus meus me dereli
querunt fontem aque vive etc. ergo derelinquere
deum et adherere creature sunt duo mala
ergo sunt duo peccata. Item aversio est per se
conversio autem per cupiditatem si ergo cupiditas
et … sunt diversa peccata quare videtur quod
aversio et conversio faciunt peccata diversa. Item in
habitus … quod alius est habitus quo quis decli
nat a malo et alius quo facit bonum
… et alius actus sicut in timore et amore
ergo si multo maior est diversitas … parte
maiori … parte bonorum multo fortius
videlicet quod … peccatum quo quis … a deo
et ad quod convertitur ad bonum commutabile.

Item aliud est preceptum quo precipitur facere bonum
et aliud quo precipitur declinare a malo
sed aversio est contra illud preceptum quo quis
precipitur facere bonum, ut puta deo adherere
et … committi conversio vero est contra illud
preceptum quo quis precipitur ~~facere bonum~~
declinare a malo ergo si diversa sunt precepta
quibus opponuntur conversio et aversio ergo …
diversa peccata. Item plus convenit aversio cum aversione
quam aversio cum conversione sed aversio
cum alia aversione faciunt diversa peccata
ergo multo fortius aversio cum conversione faciunt
diversa peccata. Contra quod super illud Ecclesiastici x "Initium
omnis peccati superbia" Glossa … contra
superbiam et cupiditatem non tanquam duo
mala sed unum a quo omnia oriuntur ergo si superbia
facit aversionem et cupiditas conversionem videlicet quod
… conversionem et aversionem non attenduntur
duo peccata sed unum. Item Augustinus contra Pellagium
peccatum non est appetitus rerum malarum sed desertio
meliorum ergo numquam conversio facit peccatum
completum nisi assit aversio … ergo aversio con
currit ad omne peccatum videlicet quod penes
illam non sumatur differentia peccati. Item peccatum mortale
est … sed non est … nisi ratione conversionis
ad commutabile bonum ergo conversio concurrit ad …
peccatum ergo conversio non potest esse peccati differentia.
Item recessus a termino a quo et accessus ad
terminum ad quem non faciunt diversos motus nec
diversos actus sed aversio dicit recessum a termino a quo
conversio accessum ad terminum ad quem ergo non
faciunt diversum actum vel motum sed ab uno
actu est peccatum unum ergo non faciunt diversa.
Item in peccato est aversio formalis et conversio
sed formale non ponit in numerum cum suo materiali
ergo nec aversio ponit in numerum cum conversione
ergo conversio et aversio non faciunt diversa peccata.
Ad hoc dicendum quod aversio dupliciter accipitur uno modo prout
dicit deordinationem in actu conversionis alio modo prout
dicit actum a conversione distinctum. Primo modo aver
sio non ponit in numerum cum conversione nec facit
diversa peccata immo illa duo concurrunt …
in omni peccato mortali. Nam conversio non est culpa
nisi quia inordinata non est autem inordinata
nisi quia avertitur homo a deo cui debet inherere
tamquam fini ultimo et hec aversio est in peccato
… in … peccatorum vel cogitat de deo.
Secundo modo prout aversio dicit actum distinctum a
conversione sic constituunt diversum peccati genus.
Hic enim modo … est odio habere vel minus de…
sicut … dicit … et constat quod illud
genus peccati est odire deum et ad amare …
mutabile bonum et quod ut plurimum aversio
in peccato accipitur prout dicit deordinationem a deo
tamquam a fine quia prout dicit motum inordi
natum quo dicitur … conversio et aversio
… comparantur ad peccatum sicut duo constituentes
quam sicut duo dividentes et ideo concedendum quod

hic modo commissio et omissio ~~peccatis competunt ad peccatum sicut due constituentes cum sicut due concurrentes et se reddentes~~ quia hoc commissio et omissio non faciunt diversa peccata et ideo quod hic conveniunt concurrunt sicut quod ista via procedit

Ad illud quod primo obicitur de hoc quod duo mala sunt peccatum ut videri potest quia delictum non tantum dicitur ubi per deordinationem que est contraria iustitiam sed etiam pro omissione mandatorum dei etc. distinguuntur illa duo mala non sicut omissio et commissio sed sicut omissio et commissio vel dicendum quod duo mala dicuntur non quod sunt duo peccata sed quia sunt due male radices convenientes ad completionem unius peccati sicut ostensum habita super est

Ad id quod obicitur quod omissio est contemptus et commissio per cupiditatem iam patet omissio loquitur enim de commissione et omissione per diversos actus et motus quod si aliter intelligat ut accipiatur contemptus et cupiditas large prout concurrunt ad unum peccatum sic non sunt duo mala sed unum

Ad illud quod obicitur quod alius est habitus quo quis declinat a malo et quo quis facit bonum dicendum quod declinare a malo dicitur dupliciter sicut dictum est de omissione prout enim declinare a malo dicit actum detestationis et fuge ipsius mali dicit diversum actum et motum ab eo quod est facere bonum prout dicit recessum a malo sic non dicit diversum actum et habitum quia eodem motu et habitu quo quis accedit ad bonum elongatur a malo

Ad illud quod obicitur quod alii precepto opponitur commissio et alii omissio dicendum quod falsum est nam commissio et omissio non sunt contra diversa precepta sed concurrunt ad idem peccatum quod est tam contra preceptum affirmativum quam contra preceptum negativum nisi forte accipiatur omissio prout nominat actum vel motum contrarium

Ad illud quod obicitur quod plus convenit omissio cum alia omissione dicendum quod verum est convenientia formali que est in hoc quod assignantur malis tamquam in uno toto sed non est unitas [illegible] ordinis que concurrit ad constitutionem unius tertii non enim unum peccatum constituitur ex pluribus omissionibus sicut ex omissione et commissione simul concurrentibus

In ista parte sunt dubitationes circa litteram

Et primo queritur de hoc quod dicit quod peccatum est in dominium in aliquo reatu post quam transit actu utrum enim hoc esse sufficit aut enim reatus sive obligatio peccati fundatur super actum peccati aut super perversitatem aut super deformitatem si super actum ergo transeunte actu necesse est ipsum transire ergo non manet peccatum quantum ad reatum postquam transit quantum ad actum si super perversitatem ergo cum perversitas remaneat in homine post gratie susceptionem videtur quod reatus remaneat post peccatum etiam post gratiam susceptam quod est plane falsum Si super deformitatem contra deformitas dicit privationem et privatio nihil est ergo fundatur reatus peccati super nihil ergo per nihil obligatur homo ad penam si ergo nihil est plus in peccato nisi ista tria videtur quod peccatum possit remanere reatu et transire actu

Queritur igitur super quid fundetur reatus sive obligatio ad penam Responsio dicendum quod sicut predicta sunt in peccato videlicet actus peccandi et habitus perversitatis sive macula peccati et tertio defectus sive boni privatio que deformitas dicitur sic hec tria sunt hoc modo dicendi quoad enim dicunt quod reatus peccati fundatur super actum nec tamen sequitur quod transeat cum actu illo pro eo quod per actum preteritum potest homo manere obligatus ad penam futuram cum enim quis ex perversitate actionis sue reus pene efficitur et si actus ille pertranseat reatus sive obligatio non pertransit sicut in latrone vel in eo qui aliquod facinus perpetravit sed hoc modo obviat perspicuitas Absalonis arcatum si enim reatus fundaretur super actum preteritum cum actum preteritum necesse sit esse preteritum tunc est reus non potest esse reus quod manifeste falsum est

Alius modus dicendi fuit quod reatus fundatur super perversitatem que quidem perversitas dicitur esse peccati macula et illa est peccati macula que quedam dispositio ~~reatus~~ reddens animam detestabilem et rationem amotionis illius macule dicunt lavari in sanguine Christi a peccatis nostris sed huic modo dicendi obviat perspicuitas amotionis illius perversitatis absque infusione gratie sicut contingit quando de avaro fit prodigus aufertur ab eo perversitas ad avaritiam si ergo reatus fundaretur super illam perversitatem tunc absque de avaro efficitur prodigus absque gratia esset arcatum peccatum absolutum quod plane falsum est

Tertius modus dicendi est quod reatus fundatur super deformitatem deformitas autem non tantum dicit boni privationem sed etiam debitum habendi et quod peccatum dicit de iustitia et honore iure divino illius privatur per peccatum deformatur et obligatur ad sustinendum penam quia enim debitor erat et non poterat solvere in operibus nature erat ut persolveret in passionibus sed hic modo dicendi obviat reatuum multiplicitas quot enim peccata homo actualiter perpetravit tot penis reus est et quia multiplicat peccatis eius species una resultat in anima deformitas videlicet carentia boni in homine obligat ad carentiam summi boni non ad passionem supplicii sicut in originali videlicet remota deformitate per gratiam adhuc remanet obligatio ad penam

So

101

et circa dicti patet quod reatus sive obligatio ad penam duplex est quedam scilicet ad penam eternam et quedam ad penam temporalem obligatio vero ad penam temporalem non semper requirit culpam presentem sed sufficit ad illam obligationem quod culpa fuit preterita et quod non subsecuta fuit plena emenda obligatio autem ad penam eternam fundatur super ipsam culpam culpa autem proprie loquendo non est ipsa privatio sed ipsa deordinatio sive que est in actu sive que est manens deordinatio autem manens consistit ex conversione et aversione et secundum hanc duplicem compositionem deordinatur dum peccat et illa deordinatio manens ratione aversionis dicitur deformitas ratione vero conversionis dicitur macula Dico ergo quod reatus pene eterne fundatur super peccatum et magis est deformitas et magis est macula sed dicitur quod ratione aversionis dignus est puniri pena eterna ratione vero conversionis dignus est supplicio fundatur autem reatus super maculam et deformitatem que est manens per comparationem ad actum per quem illa macula vel deformitas est inducta et ideo pluraliter reatus quod plurificantur peccata commissa et per hoc patet responsio ad obiecta Nam dico quod reatus pene eterne non simpliciter fundatur super maculam sed quod dicitur privatio vel pro aliqua sed potius quod dicitur vel deordinatio et per hoc dico etiam quod non fundatur super deformitatem solum ratione privationis sed etiam ratione debiti sic solum ratione aversionis sed etiam ratione conversionis ut solum super peccatum quod est deformitas sed quod est macula et sic est quod magister dicit in littera reatum remanere peccatum in homine tunc pro eo sive transeunt sive assistunt res hominis polluta est et corrupta quoniam homo supplicio est obligatus perpetuis et loquitur hic magister solum de reatu pene eterne non temporalis Reatus enim pene temporalis non fundatur super id quod preterit Consequenter queritur de hoc quod dicit modi peccatorum varias in scriptura sunt distinctos dicitur enim quod plures varias faciunt immo infinitas quia sicut vult philosophus bonum est uno modo malum autem multipliciter et dionysius etiam dicit quod malum est infinitum ergo videtur quod in scriptura non possit hic distinctiones de facili Similiter hic queritur de modo et sufficientia harum distinctionum quas magister ponit in littera videtur esse quod aliquis magister assignentur quia cum de peccato sit in voluntate ex libidine mota male distinguitur peccatum in peccatum quod est ex amore et quod est ex timore Item cum de peccato sit in cogitatione et voluntate male distinguitur peccatum per peccatum in cogitatione vero et opere Item cum de peccato sit in deo male distinguitur peccatum per istas duas in deum in se et in proximum

Item cum in omni peccato sit defectus a iustitia constantie omne peccatum dicitur esse omissio ergo male distinguitur per commissionem et omissionem Postremo videtur cum omnis peccati initium sit superbia quod male distinguitur peccatum per vii capitalia Respondeo dicendum quod magister in hac parte vii ponit divisiones peccati secundum septuplicem ipsius comparationem Primo namque peccatum comparatur ad terminum suum ex qua habet ortum et sic est illa divisio peccati in actuale et originale Secundo comparatur ad penam ad quam deputatur et sic est illa divisio peccati in mortale et veniale has duas divisiones magister premisit Tertio peccatum habet comparari ad motivum et hoc quidem vel est ad bonum assequendum vel ad malum fugiendum et sic est tertia divisio quam magister ponit in peccatum ex amore et peccatum ex timore Quarto peccatum habet comparari ad actum substratum et sic est quarta divisio peccati in peccatum cogitationis verbi et operis secundum triplicem potentiam scilicet affectivam interpretativam et operativam cogitatio enim pertinet ad affectivam Quinto comparatur peccatum ad personam quam offendit et sic est divisio quinta in deum et in se et in proximum Sexto comparatur peccatum ad mandatum cui opponitur et sic est illa divisio in delictum et commissum quod delictum est contra precepta affirmativa et commissum contra negativa Septimo comparatur ad vitia que ex ipso oriuntur et sic est illa divisio peccati in vii criminalia capitalia et sic patet vii divisiones peccati vii comparationes Quibus tamen alie divisiones reperiuntur ad aliquam harum possunt reduci pro eo quod sumuntur secundum aliquam istarum comparationum sicut illa divisio qua dicitur quod in canonica sua dividit peccatum in superbiam vite et concupiscentiam oculorum et concupiscentiam carnis reducitur ad illam que est ex parte motivi similiter et illa divisio qua ysidorus dividit peccatum in peccatum ex malitia et infirmitate et ignorantia Similiter illa divisio qua glossa dividit in peccata carnalia et spiritualia que sunt ex illo verbo apostoli ii corinthios vii mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus reducitur ad illud quod peccatum dividitur per comparationem ad actum substratum et sic patet sufficientia numeri et ordo istarum divisionum ad illud quod obicitur quod malum est infinitum modis dicendum quod si hic sumatur ex parte ipsius mali et etiam per comparationem quas habet ad privationem boni et ad privationes quas innuit ratione boni oppositi et ratione comparationum generalium modis finitis quibus varios habet distinguitur ad id quod obicitur per divisiones que hic assignantur

non recte sumuntur maxime quia in illis tribus
primis divisionibus primum membrum generale est
ad omne peccatum Secundo quia in illis talibus divisionibus
primum membrum accipiendum est cum precisione ut
sit sensus quod peccatum aliud est ex amore tantum
aliud ex amore preter et timore similiter et in
aliis duabus vel dicitur quod dividit peccatum
penes motum et actum et obiectum prout hic acci
piuntur proprie et immediate Aliud videtur
quod obicit contra illam divisionem que est in delictum
et commissum non valet quia non convertitur quia omis
sio cuiuscumque bone circumstancie dicitur dici
delictum sed illa que est omissio actus debiti
ad ultimum Dicendum quod superbia dicitur dupliciter
uno modo prout omnis contemptus et erectio mentis
nomine superbie continetur et sic est initium omnis
peccati In omni enim peccato superbit et surgit contra
deum alio modo dicitur superbia appetitus dignitatis et
honoris et hoc modo est speciale peccatum distin
ctum ab aliis peccatis Item quare dicitur quod debent
vii esse vicia capitalia vel principalia
quia super illud proverbiorum vi sex sunt que odit
deus et Glossa vi capitalia vicia enumerat
que in comparatione septimi minora sunt et ista
non continentur sibi illis ergo videntur esse xiii
Item Ysidorus super deuteronomium enumerat viii capitalia
scilicet castrimargiam fornicationem philargiriam
tristitiam vel cenodoxiam acidiam superbiam
et iram videtur quod ista divisio vel sit diminuta
vel alia superflua Item cum vicia opponantur
virtutibus et nos habemus ... habitus virtu
tum donorum et beatitudinum videbuntur quod de
bent esse capitalia vicia saltem xxi Item
cum virtus habeat sibi vicium oppositum penes
superhabundantiam et defectum videtur quod secundum
habitum bonorum debet duplicari numerus capi
talium viciorum ut sint xlii Item hic quere
cum habemus capitale vicium penes sensus
tactus et gustus ut luxuriam et gulam
quare non habemus penes alios sensus
etiam propter quanto dicatur ad capitale peccatum
et de numero et sufficientia istius divisionis
So Respondeo dicendum quod capitale vicium dupliciter potest dici
aut quia precipuum est et magnum in genere
viciorum aut quia caput est et principium aliorum
Primo accipitur in glossa proverbiorum vi ubi vocantur
illa vicia capitalia quia maxima sunt et
homo dignus est magna pena Secundo acci
pitur hic capitale dicitur enim hic vicium
capitale illud quod est vel principaliter indita
peccata unde Gregorius cuilibet capitali vicio assignat
filias peccatorum autem hic ipse ponitur esse capitale
et principium alterius quo eius motivum a deo
cadens in actum appetitum quod potest prestare fomitem
et motum adeo ut ex ipso consurgat quoddam
peccati corpus quodammodo mathematicum continens
varietatem ramorum et membrorum filiorum
et filiarum et hinc est quod infidelitas que opponitur
fidei non ponitur esse capitale peccatum quia
error non cadit primo in actum appetitivum
Similiter nec prodigalitas que est contra ava
riciae Inanis autem gloria uno est capitale
vicium alio est filia Nam prout inanis
gloria dicit appetitum dignitatis et excellentie
sic est idem cum superbia et est capitale vi
cium et sic accipit magister in ira quia cumque
directe movet ad excellentiam et dignitatem
prout autem inanis gloria dicitur appetitus laudis
sic est filia quia non desideratur laus huma
nis propter excellentiam et sic patet quod non est con
troversia inter istam assignationem et illam
Ysidori Ysidorus enim accipit cenodoxiam sive
inanem gloriam pro superbia proprie dicta et
ultimo superaddit superbiam vero capitalem
est omnium viciorum reginam Sufficientia autem
capitalium et numerus non accipi potest uno
sic cum peccatum capitale sit corrupta sive
pronitas et eius ad quod non prona est ex
corruptione primaria multiplicari habet sicut hic
multiplicatur illa pronitas pronitas autem illa potest
multiplicari ex parte obiecti sic quia aut attenditur
quantum ad appetitum apparentis boni aut quantum
ad fugam apparentis mali si primo aut est
boni interioris et sic est superbia aut exte
rioris et sic avaritia aut inferioris prout
spectat ad conservationem proprie carnis et sic
gula aut ad conservationem speciei et sic luxuria
si secundo apparentis mali hoc potest dupliciter esse
aut mali interioris et sic invidia aut
exterioris et sic ira aut inferioris et sic accidia
que resurgit malum carnis et illo modo
sumendi non videtur inesse conveniens omnis
enim pronitas directe est ad apparens bonum
et ideo est alius modus multiplicandi
hanc pronitatem secundum dupliciter viciorum aie
quoniam pronitas aut attenditur in superiori parte
rationali sive aut per comparationem ad sensibilem
aut per comparationem ad vegetabilem si sic sic
potest esse tripliciter aut in comparatione ad deum et sic
superbia aut ad proximum et sic invidia aut
ad seipsum et sic accidia Si per comparationem ad
sensibilem sic dupliciter quia ipsa duplex est motiva
sensus videlicet concupiscibilis et irascibilis Si per
... ad concupiscibilem sic est avaritia
si ad irascibilem sic est ira Si attendatur
per comparationem cum vegetabili sic potest esse dupliciter
aut quantum ad generativam et sic luxuria
aut quantum ad nutritivam et sic gula quantum
ad augmentativam nulla est quia illa est
pure nature Sed cum ira vitale est spirituale peccatum
sicut invidia et accidia ad hoc videtur

adhuc videtur quod modus ille assignandi aliquis sit cum ingeniam comparata tertio modo predicto quod conversio ad aliquod apparens bonum aut est respectu boni quod respicit spiritum secundum se aut respectu boni quod respicit spiritum in carne. Si respectu boni quod respicit spiritum secundum se hoc potest esse quadrupliciter secundum quatuor conditiones boni ad quas porrigitur appetitus; nam appetit enim quis bonum sub ratione dignitatis et sic per superbiam, sub ratione proprietatis et sic est invidia, sub ratione securitatis et sic est ira, sub ratione quietis et sic accidia. Si vero sit hec conversio respectu boni quod respicit spiritum in carne hoc potest esse tripliciter secundum triplicem conditionem sub qua sensus carnalis bonum appetit; appetit enim bonum sub ratione sufficientis et sic est avaritia, aut sub ratione demulcentis et sic est luxuria, aut sub ratione reficientis et sic est gula. Ex his sufficientia patet et numerus vitiorum capitalium; non enim accipiuntur per oppositionem ad virtutes nec ad dona nec ad beatitudines sed secundum conversiones respicientes conditiones boni apparentis. Patet etiam quare penes alios sensus non sunt capitalia vitia sicut penes gustum et tactum, quia in his reperitur conversio amplior quam in aliis sensibus; unde si delectationes quorumcumque in aliis sensibus ad has reducuntur, ut puta si quis velit aspicere mulierem pulcram ut inde delectetur vel concupiscat, reducitur talis delectatio ad luxuriam. Similiter si quis velit aspicere pulcrum equum vel librum ut ipsum habeat talis delectatio reducitur ad avaritiam. Sicut enim appetitus spiritus secundum se quodammodo quietatur si habeat bonum excellens cum proprietate et securitate et quiete, sic appetitus sensus carnalis quietatur cum fit bonum sufficiens demulcens et reficiens, ut adquirit magister. Quarto hic tria [sunt] que dicit quod dicit. Initium sine radix omnis peccati superbia est. Ecclesiastici x. Sed idem Proverbiorum i: initium sapientie timor Domini; ergo initium insipientie omnis peccati initium insipientia est. Ergo cum non possint esse plura eiusdem initia et principia videtur quod superbia non sit initium omnis peccati. Contra dicit [apostolus] quod magister obicit in littera quod i ad Thimotheum ultimo radix omnium malorum est cupiditas. Si tu dicas quod hec duo sunt radices peccatorum secundum diversum comparationem, queritur tunc de diversitate radicum et quod intelligatur nomine radicis et que differentia sit inter capitale vitium et radicem et que differentia sit inter initium et radicem. Respondeo dicendum quod oportet dicere initium et radicem. Nam initium proprie dicitur illud a quo inchoatur aliquid, radix vero dicitur id unde trahit fomentum et nutrimentum et ideo cum peccatum trahat fomentum ex parte appetitus et dicat recessum a Deo hinc est quod initium attenditur ex parte aversionis et radix ex parte conversionis proprie loquendo. Et cum aversio ratione contemptus et conversio est ratione cupiditatis sive libidinis hinc est quod superbia proprie loquendo dicitur initium et cupiditas dicitur esse radix omnium malorum et simul potest stare illa duo accipiuntur tamen aliquando non radicis pro nomine initii et econverso. Capitale autem vitium dicitur a radice in hoc quod sicut caput dicitur principale membrorum et membrum completum a quo alia vitia oriuntur, radix vero dicitur aliquid sub maiori incompletione et ideo radix proprie loquendo non nominat genus peccati determinatum sed conversionem libidinis que convenit ad omne peccatum; unde non quod radix aliquando accipitur generalissime, aliquando generaliter, aliquando minus generaliter. Generalissime ut cum dicitur libido sive cupiditas esse radix omnium malorum; generaliter vero ut cum dicitur duplex esse radix: amor male accendens et timor male humilians; amorem accipitur respectu boni et timor respectu mali. Minus vero generaliter ut cum dicitur triplex est radix, scilicet concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum et superbia vite, per comparationem ad triplex bonum, unde ad bonum inferius exterius et interius. Similiter initium peccati potest accipi pro simpliciter et generaliter aut pro ut dicit recessum ab a lege maiestatis et sic dicitur superbia sive contemptus, aut a lege veritatis et sic dicitur error, aut a lege bonitatis et sic dicitur insipientia que est contraria sapientie; et sic patet quod non est contrarietas in hoc quod aliquando dicitur quod initium omnis peccati est superbia et quandoque dicitur de errore et insipientia. Patet etiam quod non est contrarietas in hoc quod aliquando dicitur quod una est radix, aliquando quod due, aliquando quod tres. Patet etiam differentia initii et radicis et principii radicis et vitii capitalis et sic de generali divisione peccatorum dicta sufficiant.

Sequitur distinctio xlma

Est preterea quoddam peccati genus. Superius egit magister de distinctione peccatorum in generali; in hac parte descendit ad quoddam speciale genus peccati. Dividitur autem pars ista in duas in quarum prima magister determinat de peccato in spiritum sanctum comparando ad alia peccata; in secunda determinat de ipsa quid sit secundum assignationem prelatorum ibi: Et quia quid sit id peccatum. Prima pars remanet indivisa. Secunda dividitur in partes tres secundum triplicem assignationem peccati in spiritum sanctum. In quarum prima magister ponit assignationem venie per generales magistri notas que quidem sunt obstinatio et desperatio. In secunda vero ponit eius assignationem per rationem eius in quantum [non] remittitur, et est et alia magistri peccati assignatio. In tertia vero subiungit istius peccati assignationem concretam et diffinitivam ibi: Recte quoque peccatum in spiritum. Prima istarum partium dividitur in duas partes. In quarum prima determinat veritatem; in secunda dissolvit dubitationem ibi: Sed quia videtur obstinatio. Secunda pars dividitur in duas in quarum prima ponit magister peccati assignationem; in secunda ponit eius assignationis explanationem ibi: Et tria talia assignatione. Tertia pars habet duas in quarum prima ponit

peccati in spiritum sanctum secundum ambas diffinitiones assi-
gnatam in sancto videre quomodo dubium ubi non
itaque distinctio illa vox sit accipienda est

Ad intentionem huius partis incidit hic questio de peccato in spiritum sanctum de quo secundum explicite ipsius expositionem queruntur tria primo queritur de ipso in comparatione ad alia peccata [illegible] quod de ipso quantum ad conditiones proprias secundo vero quod de ipso quantum ad eius species et differentias. Circa primum queruntur duo primo quod utrum peccatum in spiritum sanctum habeat ad peccatum actuale [illegible]

Circa primum sic proceditur et quod videtur peccatum in spiritum sanctum dicat genus peccati distinctum ab aliis generibus peccatorum et quod sit videtur primo per [illegible] in littera est quomodo peccati genus ceteris generibus [illegible] et abhominabilius quod dicitur peccatum in spiritum sanctum item hoc videtur ratione quia mortale et veniale faciunt diversa peccatorum genera ergo multo fortius remissibile et irremissibile sed peccatum in spiritum sanctum est peccatum irremissibile ergo videtur quod peccatum in spiritum sanctum sit aliud genus ab aliis generibus peccatorum item peccatum in spiritum sanctum est peccatum procedens ex certa malitia dividitur contra peccatum ex ignorantia et infirmitate videtur ergo quod peccatum in spiritum sanctum sit genus peccati distinctum item quod habet species proprias a speciebus aliorum peccatorum distinctas est genus peccati distinctum ab aliis peccatorum generibus sed peccatum in spiritum sanctum est huiusmodi quia eius species sunt desperatio et obstinatio et veritatis agnite impugnatio que sunt proprie species huius peccati ita quod non aliorum ergo etc. Sed contra peccatum in spiritum sanctum [illegible] nulla est peccatum ad mortem sed omne peccatum mortale est peccatum ad mortem ergo cum peccatum ad mortem sit generale ad omnia peccata [illegible] ergo et peccatum in spiritum sanctum item peccatum in spiritum sanctum [illegible] sic notatur quod est in persona spiritus sancti sed una est maiestas patris et filii et spiritus sancti ergo omne peccatum quod est in spiritum sanctum est in patrem et omne quod est in patrem et in spiritum sanctum ergo [illegible] hoc modo est generale ad omne peccatum item quod contra appropriatum effectum spiritui sancto ut puta contra bonitatem et contra gratiam sed omne peccatum est contra bonitatem et contra gratiam spiritus sancti ergo omne peccatum est peccatum in spiritum sanctum item peccatum dividitur in peccatum ex infirmitate et ignorantia et ex malitia ita quod peccatum ex malitia dicitur esse in spiritum sanctum Sed peccatum ex ignorantia et peccatum ex infirmitate non dicit speciale genus peccati immo est peccati genus ex ignorantia [illegible] et ex infirmitate ergo non videtur similiter quod peccatum ex malitia dicat determinatum genus peccati item omne quod quis facit ex ignorantia potest facere ex certa scientia sive ex industria ergo si omne genus peccati potest fieri ex certa industria videtur quod peccatum in spiritum sanctum contineat omnia peccatorum genera non ergo videtur esse peccati genus ab aliis peccatorum generibus distinctum. Respondeo dicendum quod peccatum in spiritum sanctum dicat genus peccati distinctum ab aliis generibus peccatorum ratione triplici videlicet ratione principii et ratione subiecti et ratione actus substrati. Ratione principii quia peccatum in spiritum sanctum dicitur esse illud quod ex certa malitia sive industria [illegible] non procedit omne peccatum sed illud solum quod homo facit scienter. Ratione oppositi similiter distinguitur quia cum [illegible] sit [illegible] innocentie baptismalis et penitentialis peccatum in spiritum sanctum proprie est oppositum gratie penitentialis et eam impugnat quantum ad sui [illegible] et quantum ad sui [illegible] sunt per [illegible] perdit gratiam innocentie et penitentialia impugnat gratiam baptismalis. Ratione vero actus substrati similiter distinguitur quia cum peccatum istud sit impugnativum gratie et malitia sit [illegible] ipso spiritu [illegible] peccatum in spiritum sanctum consistit [illegible] actum ipsius spiritus [illegible] in desperationem et obstinationem unde fornicatio et adulterium non potest aliquo dici peccatum in spiritum sanctum. Ratione sui principii et oppositi et actus substrati peccatum in spiritum sanctum est genus peccati determinatum et ratione horum trium sic notatur ut dicatur peccatum in spiritum sanctum videlicet ratione malitie qua procedit que directe opponitur bonitati appropriate spiritui sancto ratione ~~[illegible]~~ penitentie non finalis sive finalis gratie quam perimit que est effectus appropriatus spiritui sancto ratione etiam actus spiritualis et que consistit unde directe dicitur peccatum in spiritum sanctum quia est in spiritu et contra actum spiritus malignantis et sic patet quod peccatum in spiritum sanctum est genus peccati ab aliis generibus peccatorum distinctum et concedende sunt rationes hoc ostendunt. Ad id quod obicitur quod est peccatum ad mortem dicendum quod peccatum dicitur ad mortem secundum similitudinem ad mortem corporalem. In morte autem corporali tria concurrunt quorum primum est amissio vite [illegible] est [illegible] dispositionis ex parte corporis ad susceptionem anime tertium est impossibilitas reparationis secundum cursum nature quantum ad primam conditionem omne peccatum in quo est amissio [illegible] dicitur esse peccatum [illegible] peccatum mortale sive ad mortem quantum ad secundam peccatum in spiritum sanctum dicitur peccatum ad mortem quia tollit dispositionem ad susceptionem vite que consistit in susceptione penitentie quantum vero ad tertiam conditionem peccatum illud dicitur ad mortem in quo quis [illegible] moritur. Unde ergo dicitur quod omne peccatum mortale est ad mortem et quod peccatum in spiritum sanctum est ad mortem differenti modo accipitur peccatum ad mortem. Ad id quod obicitur quod autem dicitur peccatum in spiritum sanctum quia est contra personam [illegible] dicendum quod [illegible] dicitur peccatum in spiritum sanctum non quia est contra personam sed quia est contra appropriatum effectum nec quia contra omnem effectum appropriatum sed quia contra effectum precipuum [illegible] appropriatum spiritui sancto hoc autem est donum gratie finalis sive penitentialis et [illegible] precipue quantum ad statum gratie finalis in qua consistit [illegible] gratie efficacia et hoc modo non omne peccatum est contra effectum illud et propter hoc non sequitur quod omne peccatum sit in spiritum sanctum. Ad id quod obicitur quod omne peccatum potest esse peccatum ex ignorantia

et infirmitate dicendum quod non est simile quia igno
rantia non determinat sibi aliquem actum ut etiam
infirmitas et ideo non dicit genus peccati determinatum
sed circuit omnia peccata unde similiter dicendum est
de peccato quod est ex infirmitate non sic autem de
peccato quod est ex malitia ad hoc enim quod sit peccatum
in spiritum sanctum non sufficit quod sit ex certa scientia et
ex industria sed requiritur determinatio generis quantum
ad actum substratum ad illud quod dicitur quod omne
peccatum potest fieri ex malitia dicendum quod etsi ma
litia concurrere possit ad omne peccatum non tamen
facit peccatum in spiritum sanctum unde si aliquis senex qui
non habet appetitum fornicandi excitaret car
nem suam ut fornicaretur non diceretur
in illa fornicatione peccare in spiritum sanctum quam
vis illud peccatum committeret ex industria et
quadam malitia cum ergo dicitur quod peccatum ex
malitia est peccatum in spiritum sanctum hoc solum intelligitur
de illis generibus peccatorum que possunt ex mali
tia oriri sicut invidentia fraterne gratie et
impugnatio veritatis agnite

Secundo queritur utrum peccatum in spiritum sanctum presupponat
sicut ad peccatum preambulum et videtur
quod sic videtur in littera dicit quod peccatum in spiritum sanctum est per modum
desperationis et obstinationis sed nullus de
sperat nec obstinatur nisi prius aliquod prece
dens peccatum ergo videtur quod presuppositum peccatum sit pre
ambulum ad peccatum in spiritum sanctum item peccatum
in spiritum sanctum vel est finalis impenitentia vel
habet annexam finalem impenitentiam quia sic est
dictum sed impenitentia non est nisi respectu peccati precedentis
sicut nec penitentia ergo cum sit peccatum in spiritum sanctum
quod habeat aliud peccatum preambulum item peccatum
in spiritum sanctum est peccatum procedens ex certa ma
litia ergo necesse est quod antequam homo peccet
peccato in spiritum sanctum sit malitiosus sed mali
tiosus non est nisi per culpam ergo ante peccatum
in spiritum sanctum necesse est aliam culpam esse pre
ambulam item in bonis nemo repente fit
summus ergo videtur quod et in malis nemo statim
labatur in profundum sed per istud peccatum [illegible]
bitur homo in profundum peccatorum videtur ergo quod istud peccatum
generis habeat aliud preambulum quod desperationis
Sed contra in originali [illegible] sic dicit Beda item
peccatum primi parentis fuit ex infirmitate ignorantia
malitia et concupiscentia sed possibile est quod homo
primo peccet peccato ex ignorantia et ex infirmitate
similiter possibile est quod primo peccet peccato quod ex mali
tia procedit item quotienscumque peccatorum genera sunt
divisa possibile est peccare peccato uno absque alio
sed si peccatum in spiritum sanctum est peccatum distinctum
ab aliis generibus peccatorum possibile est aliquem peccare
illo genere peccati etiam si non precesserit ad genus peccati
item impugnatio veritatis agnite est genus peccati
speciale sed ita habet potest quis impugnare agnitam
veritatem sicut etiam veritatem incognitam ergo
videtur saltem quod quantum ad illam speciem absque alio peccati
genere committi possit peccatum in spiritum sanctum

Item peccatum in spiritum sanctum consistit circa actum spiritus sed
magis dependet actus carnis ex actu spiritus
quam econverso ergo si homo potest peccare peccato carnis
nullo alio peccato precedente pari ratione immo multo
fortiori videtur hic esse verum de peccato in spiritum sanctum
Respondeo dicendum quod de peccato in spiritum sanctum dupliciter est
loqui sed circa species duntaxat concedam enim quod
species peccati in spiritum sanctum quedam nullo modo possunt
esse sine peccato preambulo sicut sunt obstinatio
desperatio et finalis impenitentia talia enim respi
ciunt peccatum preambulum quasi in materiam circa quam
et etiam sic tamen nemo enim desperat de venia
nisi qui commisit culpam nemo obstinatur in
malo nisi qui fecit malum nemo impeni
tens est nisi qui habet unde peniteat sunt et
alie species peccati in spiritum sanctum que possunt
esse absque peccato preambulo pro eo quod actus ipsarum
non respiciunt determinate peccatum sicut est impugnatio
fraterne gratie et impugnatio veritatis agnite sic
etiam etiam est presumptio de qua presumit homo presume
etiam si nulla actualis culpa precesserit
et hoc propter fragilitatem [illegible] in multis [illegible]
peccata propria recordatus potest se precipitare
actu quia ista sunt valde communia parva vere
aut magnum constat quod aliquis in hec cadat nisi inde
eius fuerit prius peccatis depravata concedendum
est igitur quod peccatum in spiritum sanctum non solum est genus
peccati distinctum ab aliis peccatorum generibus secundum
sed etiam separari potest secundum existentiam ita quod contingat
sine culpa preambula communis rarissime contingit
contingat unum et rarus que ad illa peccatum inducunt
que desunt illa tamen ratio quam sit de eo quod non
dependet actus spiritus ab actu carnis dicendum quod
illa ratio non cogit quin peccatum in spiritum sanctum possit
esse sine aliis peccatis pro eo quod actus spirituales
sive ad animam pertinentes non solum transeunt
super materiam debitam sed super alios actus unde
substernunt sibi alios actus quasi pro materia sic et
peccata que habent circa actus illos consistere ut plurimum
alia peccata presupponunt tamquam materiam sicut
desperatio et obstinatio non sic autem est de actibus
corporalibus que quidem non transeunt in actus
alios sed in materiam extrinsecam et ideo illa peccata
circa illos existentia non habent alia peccata tamquam
materia et hec continet illud quod dicitur communi
ter quod [illegible] sine ad [illegible]
requirunt determinatum per infinitum [illegible]
non sic autem est de actibus pertinentibus ad corpus
et ideo ratio illa non cogit nec etiam alia que
dicit quod est genus peccati distinctum esto enim quod
non esset sine aliis nichilominus posset distin
gui ab aliis quia multa sunt inseparabilia
secundum esse que tamen distinguuntur fortius ad id
quod dicitur de obstinatione et desperatione dicendum quod
ratio illa procedit non sufficit communis enim distinctio
unum nisi generibus peccatorum non [illegible]
unum malis generibus peccati in spiritum sanctum
ad id quod dicitur quod finalis impenitentia est annexa

omnibus speciebus illius peccati dicimus sic. Quinto id cogit pro eo quod peccando in spiritum sanctum committit homo [illegible] non peccandi sicut ille qui impinguat vitem agmina vel inducet [illegible] gratie vel etiam sicut est de eo qui adeo presumit de benignitate divina quod non relinquit effectum iustitie et ex hoc proponit mala facere et magnum de eis penitere et hec totum potest esse sine actualis peccati genere. Ad idem quod oportet quod illud peccatum est ex malitia dicimus quod malitia sive quod est habitualis radix potest dici malitia contracta ex peccato originali vel potest malitia actum sive actualem perversitatem voluntatis et prius procedit natura et tempore hoc quod committitur. Homo enim oportet quod non fuerit malitiosus sed volendo malignari potest in spiritum sanctum peccare et ita non oportet quod precedat aliqua malitia actualis peccati depravans voluntatem sed sufficit quod precedat opere mali quod est peccatum originalis. Ad idem potest quod nemo repente fit summus dicimus quod non est simile quia agens non possit ad mensuram ordinate ascendere potest tamen inordinate descendere sine subito se precipitare. Unde non efficitur aliquis homo perfecte malus committendo scilicet peccatum in spiritum sanctum sed quanto plures perpetrat tanto labitur [illegible]

Consequenter queritur de hoc peccato quantum ad predictos articulos et de hoc queruntur duo: primo queritur de gravitate peccati, secundo de huius peccati irremissibilitate.

Circa primum sic proceditur et queritur utrum id peccatum gravius sit gravissimum et quod sic videtur per rationem [illegible] Item id peccatum gravius abhominabilius. Item videtur maius est peccatum quod magis facit distare a deo sed tale est peccatum in spiritum sanctum. Ergo etc. Item maius est peccatum quod minus habet de ratione excusationis sed peccatum in spiritum sanctum est huiusmodi, aliud enim habet [illegible] nullum de colore excusationis. Ergo etc. Item maius est peccatum quod magis inhabilitat animam ad iustitiam sed peccatum in spiritum sanctum est huiusmodi, magis enim parte deordinat. Ergo etc. Contra: si ignorantia excusat peccatum sicut scientia aggravat quia [illegible] voluntate; sed peccatum in spiritum sanctum est peccatum ex industria sine ex certa malitia. Ergo etc. Item sicut [illegible] ad vesperam [illegible] insanabilior est eo qui [illegible] videtur. Ergo minus elongat a sanitate peccatum in quo quis peccat sciens quam in quo quis peccat ignorans, sed peccatum in spiritum sanctum est peccatum in quo quis peccat sciens. Ergo videtur quod minus peccatum sit quam peccatum ignorantie. Item etsi una sit maiestas trinitatis et equaliter sint omnes honorandi tamen maiestas appropriatur patri et honor [illegible] ei debetur. Ergo peccatum est in patrem vel tantum vel plus dum inchoat quam peccatum quod est in filium vel spiritum sanctum; si gravitas peccati pensatur secundum quantitatem contemptus videtur quod non sit maius peccatum in spiritum sanctum quam peccatum in patrem et filium. Item malitia est per infirmitatem [illegible] sicut ignorantia et infirmitas sed ignorantia et infirmitas [illegible] aliquo excusent peccatum quantum ergo pari ratione et malitia

Item id peccatum gravius est in quo magis regnat libido sed in peccato quod est ex concupiscentia magis regnat libido quam in peccato quod ex malitia, scilicet quod maior est libido in fornicatione quam in desperatione. Ergo videtur quod magis sit peccatum quod est ex concupiscentia quam id quod est ex malitia, ergo peccatum in spiritum sanctum non est peccatum gravissimum. Item gravius est peccatum in quo est maior [illegible] sed in peccato infidelitatis maior est [illegible] quam in peccato in spiritum sanctum; in eo enim peccato recedit a veritate et [illegible]. Ergo videtur quod infidelitas vel heresis gravior sit quam peccatum in spiritum sanctum. Contra dicimus quod peccatum in spiritum sanctum 80
est peccatum gravissimum et quod hominem maxime ledit et quod oculos dei maxime offendit. Nam animam maxime ledit dum non solum aufert ei sanitatem sed etiam precludit viam ad sanitatem unde sicut morbus periculosior est qui non tantum ledit virtutem sed etiam precludit viam ad sanitatem cibi vel medicine sic intelligendum est de isto peccato. Similiter oculos dei maxime offendit quia nullum habet colorem excusationis ~~[illegible]~~ et ideo pro omnibus hec genere peccati meretur sententiam indicari et propter [illegible] dicit quod hoc peccatum certius est gravius et abhominabilius ut gravius dicatur ratione maioris lesionis, abhominabilius ratione defectus excusationis. Ideo autem hoc est quod peccatum in spiritum sanctum est ex malitia et non solum ex malitia sed ex malitia et industria. Tunc enim peccat quis peccato in spiritum sanctum quando ad malum movetur ex nequitia propria sciens se movere ad malum. Unde peccatum in spiritum sanctum est ex malitia contracta et ex concursu malitie ex originali contracte et malitie actualis quesite industrie. Et ideo non tamen dicitur esse ex malitia sed ex certa malitia; propter quod malitia sive ex originali relicta hoc peccatum non excusat quia talis malitia est [illegible] voluntate sed se et ideo cum voluntati subiaceat non minuit rationem voluntarii sicut facit infirmitas et ignorantia et quia non minuit rationem voluntarii non diminuitur de ratione peccati et propterea non excusat; alia autem malitia non solum non excusat sed etiam multum aggravat [illegible] rationem cognitionis adiuncte voluntati enim est aggravare. Ad primum dicimus quod peccatum in spiritum sanctum magis oculos dei offendit unde quod est ex certa malitia ex hac etiam causa etiam nam ledit lesio enim peccati [illegible] consistit in deordinatione voluntatis et quanto voluntas magis amplius ad aliud se inclinat tanto magis se deordinat et deformat. Ergo quod ex certa malitia hoc peccatum procedit ideo in hoc peccato [illegible] et precedunt ymo etiam excedunt [illegible] Et ideo voluntas eius magis [illegible] peccato quam in aliis respuit bonum [illegible] inficit voluntatem [illegible] etiam est quod respuit medicinam [illegible] magis inficitur respuit bonum [illegible] hoc peccatum ex certa malitia procedit [illegible] est ceteris aliis gravius et abhominabilius [illegible] ex genere peccati etiam quod est maior nec lesivum et maior oculorum divine maiestatis offensivum. Concedimus ergo rationes dicentes illud peccatum esse gravissimum

Ad illud quod secundo dicitur quod peccatum ex ignorantia
magis a salute elongat Dicendum quod maior insa-
nabilitas exempli causa potest evenire aut ex con-
ditione morbi aut ex conditione infirmi Unde ergo
dicitur quod nemo est insanabilior eo qui sibi sanus videtur
hoc intelligitur quantum ad conditionem et statum infirmi
propter quod talis vel non sentiens se infirmum non
querit medicum et ita magis firmatur quantum autem
ad conditionem morbi non habet veritatem quod enim per
errorem vel ignorantiam contrahitur de facili recipit
sanitatem Peccatum autem in spiritum sanctum rebellionis est condi-
tionem ex ipsa natura morbi propter quod quantum est de se
illud peccatum gravius est et insanabilius
Ad id quod dicitur quod peccatum in patrem est eque grave
vel magis quam peccatum in spiritum sanctum quia patri a-
propriatur maiestas Dicendum quod id peccatum non dicitur
gravius esse aliis propter quod in ipso contemnitur
magis persona spiritus sancti quam persona patris Nam in omni
peccato contemnitur una maiestas trium personarum
unde sicut hec genera peccati non distinguuntur
a peccato in patrem ex hoc quod hic contemnitur spiritus
et ibi pater sic nec ex hoc gravius iudicatur
sed ex hoc gravius est quod in ipso contemptibilius con-
temnitur trium personarum maiestas quam in aliis
quibus peccatorum magis enim impugnat gratiam que
est totius trinitatis effectus et ideo maius
peccati genus et ideo revera procedit ex suo intellectu
Ad illud quod dicitur quod malitia est pena inflicta
ergo debet excusare sicut alie pene Dicendum quod non est
simile et ratio huius est quod malitia respicit ipsam
voluntatem sed si sit ignorantia respicit intellectum
infirmitas respicit tamen et illa non adeo sunt
in voluntate sicut ipsa malitia et ideo magis dimi-
nuunt de ratione peccati quam malitia peccatum in spiritum sanctum
non tamen est ex malitia contracta immo est ex
malitia affectata et malitia contracta et malitia
propria sicut supra dictum est Ad illud quod dicitur quod illud
peccatum est gravius in quo magis regnat libido
Dicendum quod libido maior dicitur dupliciter aut ratione ma-
ioris voluptatis aut ratione maioris improbitatis
libido enim nominat voluptatem voluptuosam
et improbam Tamen in primo dicitur quod quantitas peccati
attenditur secundum quantitatem libidinis Dicendum quod verum
est secundum quod quantitas libidinis pensatur secundum impro-
bitatem voluntatis sed non est verum secundum quod pensatur
penes delectationem sicut quod gravius peccat simplex
fornicator quam adulterator quam incestus
ex improbiori enim voluntate movetur qui incestis
amplexibus delectatur licet ergo in aliis quibusdam peccatis
magis abundet libido quantum ad delectationem quod tamen
in hoc peccato magis habundat quantum ad improbitatem
voluntatis id gravius est Ad aliud quod dicitur quod maior est error
in peccato infidelitatis Dicendum quod maior error potest esse
dupliciter aut intensive aut extensive extensive
sive loco plura bona privantur in peccato infidelitatis
quam in peccato in spiritum sanctum quod in illo peccato tollitur
totius spiritualis edificii fundamentum intensive
autem magis fit privatio in peccato in spiritum sanctum propter quod magis

reddit inhabilem ad bonum et amplius firmat in
malo unde id peccatum recte dicitur gravius in quo est maior
boni privatio intensive et quod peccatum heresis frequen-
tissime habet peccatum committitur in spiritum sanctum ut patet obsti-
nationem heretici est quod illud peccatum valde est pericu-
losum sicut enim solum ex ignorantia heretici moverentur
facilius adhiberetur sibi remedium sed quia ex obsti-
natione pertinaciter adherent errori suo ideo sanari
non possunt quia postquam inveniunt

Secundo queritur de illius peccati irremissibilitate
Videtur quod illud peccatum sit irremissibile quod videtur
Mathei xii spiritus blasphemie non remittetur
et postea qui dixerit verbum contra spiritum sanctum non remittetur ei neque
in hoc seculo neque in futuro sed hic nullos potest re-
tinere ergo istud peccatum nullo modo potest remitti Item
glossa super eundem locum blasphemia remittetur
spiritus autem blasphemie non remittetur neque in
hoc seculo neque in futuro Item Ieremie xi desperavimus
post cogitationes nostras ibimus et postea subiungitur
tu autem noli orare pro populo isto quia non exaudiam te
Cum ergo in peccato remissibili deus velit exorari et
valebat exorari propter peccatum desperationis
ergo videtur quod peccatum desperationis sit irremissibile
[illegible] aequaliter alia [illegible] peccati spe
Item nullum peccatum remitti potest nisi de quo quis
potest subire penitentiam et postulare veniam sed
peccatum in spiritum sanctum est huiusmodi ergo etc. Minor non est [illegible]
[illegible] Augustinus in libro de sermone domini in monte
tanta est labes huius peccati ut deprecandi humilitatem
subire non possit Item impenitentia est species huius peccati
et annexa aliis speciebus si ergo impenitentia di-
recte opponitur ipsi venie et penitentie ergo videtur quod
simpliciter perimet veniam et remissionem videtur ergo
quod hoc peccatum sit irremissibile Contra primo per
conversionem [illegible] magorum [illegible] eos qui erant
desperatissimi si ergo hoc est peccatum quod magis
elongat a venia et istud omnino remittitur
videtur quod et omnia alia Item Augustinus de verbis domini ista
impenitentia vel cor impenitens quamdiu quis in
hac carne vivit non potest iudicari de nullo
enim desperandum est quamdiu patientia dei eum ad pe-
nitentiam adducit sed de eo qui in peccato irremissi-
bili peccat desperandum est ergo videtur quod peccans peccato
in spiritum sanctum non peccat irremissibiliter Item peccatum in spiritum sanctum
non aufert homini statum viatoris sed quamdiu homo
est in statu viatoris habet vertibilitatem [illegible]
et quamdiu hic habet potest deo reconciliari et a peccato
liberari ergo videtur quod peccatum in spiritum sanctum possit remitti
Item potentior est gratia et virtus in bonum quam
sit peccatum in malum sed nulla virtus reddit
hominem ex suo actu impossibilem ad peccandum
nec prima nec alia ergo videtur quod nulla culpa
reddit hominem impossibilem ad resurgendum
sed non resurgit homo a peccato nisi remittatur peccatum
ergo non solum istud peccatum grave sed etiam quodlibet
est remissibile Item si peccatum in spiritum sanctum dicitur irremissibile
aut hoc est propter impossibilitatem remissionis ante
penitentiam desperationis vel propter penitentiam possibilitatis

si per perpetrationem actus quo completur peccatum quod non remit
titur dicitur dici irremissibile quo completur peccatum quod eius
istius irremissibile dicitur Et ex parte dispositionis
quia tamen omne peccatum mortale reddat hominem ineptum
ad remissionem propter dei offensam et contemptum
vel quo quod omne debeat dici irremissibile Sed propter
rationem predictam quod autem sic est quod deus non potest
infundere gratiam aut sic est quod ille non potest gratiam
accipere sed primum est plane falsum similiter et secundum
quia ille habet arbitrii libertatem non ergo videtur
quod id peccatum aliquod debeat dici irremissibile
Est ergo quod sit dicendum remissibile quo dicatur et qualiter
Respondeo quod sicut invenitur in libro inveniuntur quorundam
opiniones quod peccatum in spiritum sanctum dicitur irremissibile
quod vix et raro et difficulter dimittitur alii vero
dixerunt quod istud peccatum dicitur irremissibile quod nul
lus remitti habet pro eo quod tali peccato peccans
digne penitere non potest utrumque autem istorum modorum
dicendi conveniens est et verus nec unus repugnat alteri
si recte intelligantur sicut enim remissibile dicitur
dupliciter unus remissibile dicitur aptitudine alius
remissibile dicitur consuetudine sic et irremissibile dupliciter
potest dici unus ut dicatur irremissibile quod est in con
suetum remitti utroque horum modorum peccatum in spiritum sanctum
potest dici irremissibile Nam omne peccatum in spiritum sanctum vel est
impenitentia vel habet impenitentiam annexam impenitentia
autem dicitur duobus modis sicut perseverantia unus dicitur
perseverantia propositum perseverandi alius dicitur perseverantia
continua permanentia in bono usque in finem et primo
perseverantia est in qualibet virtute secundo perseverantia
includit gratiam finalem sic et impenitentia dicitur duobus
unus dicitur impenitentia propositum non penitendi alius
dicitur impenitentia continua permanentia in malo usque
ad diem extremum inclusive et secundum istum modum peccatum
in spiritum sanctum quod claudit in se impenitentiam dupliciter potest dici
unus prout claudit in se impenitentiam quam communiter
dicitur finalis perseverantia in malo et sic dicitur irremissibile
quod non potest remitti sicut finalis gratia non potest perdi
sed sic non peccare peccato in spiritum sanctum nemini attribuendum
est usque ad illud instans in quo possit dici
de isto quod finaliter sit impenitens et secundum hunc
modum currit una predictarum opinionum et ita
valde stricte accipit peccatum in spiritum sanctum alius dicitur
peccatum in spiritum sanctum prout claudit in se impenitentiam id est
propositum non penitendi hoc modo irremissibile id est in
consuetum remitti quibus etiam non sit impossibile
ad remissionem quod tale propositum mutari potest
raro enim et vix remittitur quod tale propositum
claudit viam ad gratiam et impedit ingressum in
gressum illud enim quod gratiam introducit et quod
ad gratiam disponit de contemptu est vocatus re
cedendi a peccato et ideo tamen vocatus faciem
suam obfirmavit ad ostium nisi fiat ei specialis
vocationis donum et adiutorium non potest aliquis
ad remissionem sufficienter Cum igitur alia peccatorum
gravia et si impediant bona vocationem et iustitiam
non tamen reddunt vocationem rebellem et repu
gnantem contra vocationem divinam et hunc ideo
magis remittantur propter negligentiam peccatoris
vel comparatorum mortalium non dicit de irremissibilia
patet ergo quare peccatum illud dicitur irremissibile magis
quam alia peccata gravia scilicet propter quod non tantum repugnat
gratie sed etiam dispositionem ad veniam et gratiam suscipiendam
patet etiam quare dicatur irremissibile quod tamen loquendo
non privat potentiam dispositionem seu tale actum
potentiam privat sed sic modo non dicitur peccare aliquis
in spiritum sanctum quamdiu vivit in hac vita et per hoc patet
responsio ad rationes que inducuntur ad utramque partem
ad rationes potissime que inducuntur ad partem falsam
que videntur quod peccatum est non dicitur irremissibile eo quod red
dat hominem impenitentem ad veniam quamdiu est
in vita ista et sic unum concludunt sed concedunt
ultra tamen non videntur unde quod nullus debeat
dici irremissibile sed iam manifesta est peccatum quod differt
ab aliis peccatis mortalibus non sic est quantum
ad remissionem sic et in hoc patet omnis enim alia
peccata tollant iustitiam non tamen auferunt propositum
redeundi ad iustitiam fere enim omnes qui peccant
emendare proponunt hoc autem peccatum gravius in spiritum sanctum
est tollit iustitiam Insuper vero tale peccatum est quod habet
annexam impenitentiam aufert homini propositum re
deundi ad gratiam et ideo irremissibile dicitur quod privat
dispositionem ad bonum Ad id autem quod peccato contra ingenium
de auctoritate dei in contra et etiam de glosa dicendum quod talis
textus cum glosa intelligi habet quantum ad rationem remissionis
secundum consuetudinem non secundum dispositionem et aptitudinem
unde quod dominus dicit quod id peccatum non remittetur hoc
intelligendum est non quod remitti non possit sed quod raro
deus consuevit remittere vel dicendum sicut dicit quidam
quod intelligitur de peccato in spiritum sanctum scilicet secundum quod includit in
penitentiam finalem hoc est in quo quis perseverat
usque ad mortem Ad illud quod dicitur de hoc quod deus
nolebat orari pro deperditis dicendum quod hoc non erat
quod nullus possent ad bonum converti vel redire
hoc enim potuissent si deus vellet eos specialiter
visitare sed quod ipsi non merebantur et deus
occulto suo iudicio nolebat eos iudicium in
manum suam ampliare sumens comprehendens et
suum iudicium et eorum impenitentiam habuit propheta dice
bat et ita ex hoc non habetur quod id peccatum non possit
remitti sed quod illis nolebat deus remittere
et quod illi finaliter in penitentia remansuri erant
quibus possent ab ea discedere Ad id quod dicitur quod
quibus possent ab ea discedere... tota est per eius labes quod penitere non possint
dicendum quod augustinus hoc unum retractat et explanat hoc
non esse dictum per rationem omnino peiorem, contra eos
dictat desperatissimos sed per priorum singulariter unum
non salvo Ad consuetudinem dici irremissibile quod nullus
potest sed secundum hoc difficulter sit Ad id quod dicitur quod impenitentia
est species huius peccati iam patet responsio quod duplex dicitur impenitentia
sic dicitur et prout impenitentia dicitur propositum impenitendi
non reddit hominem impenitentem ad veniam quod potest ab isto
proposito desistere et ideo propositum desistere potest ad propositum
illud succedere et ad veniam pervenire
Consequenter queritur de huius peccati speciebus ad eius species et dicas
et circa hoc queruntur duo primo queritur de speciebus huius peccati quot sint
et sufficientia secundo queritur de hiis que ad unamquamque speciem pertinent

Circa primum scilicet peccatum et quaeritur de numero et sufficientia specierum huius peccati et communiter consueverunt huius peccati sex species assignari videlicet desperatio praesumptio obstinatio impoenitentia finalis impugnatio veritatis agnitae et finalis impoenitentia. Et quod multo plures deberent esse videtur quia cum sint tres virtutes theologicae videlicet spes fides et caritas quarum quaelibet ita est ad salutem necessaria sicut alia videtur quod sicut unum peccatum non solum quod est contra spem videlicet desperatio similiter deberent esse contra fidem unum et aliud contra caritatem. Et virtutes cardinales multe sunt [illegible] quae sunt necessariae ad salutem ergo sicut una species peccati in spiritum sanctum [illegible]

[illegible]

Peccandi [illegible] contra spem [illegible] contra detestationem peccati [illegible] sicut [illegible] doctrina per quam peccatores instruuntur et sanitas gratiae [illegible] impugnatio veritatis agnitae [illegible] gratiae [illegible] et sufficientia [illegible] plures [illegible] pauciores [illegible]

[illegible]

redire ad gratiam et ideo magis quam ista assignetur species peccati in spiritum sanctum quam quae conducas alias. Ad illud quod obicitur quod vii sunt capitalia peccata ita magis sic invidia dicendum quod invidentia fraternae gratiae non potest esse peccatum in spiritum sanctum ratione eius quod est capitale peccatum sed ratione eius quod est impugnatio boni quae directum habet oppositum ad bonum proprie. Ad illud quod obicitur quod contingit impugnare bonitatem sicut veritatem et maiestatem dicendum quod in impugnatione veritatis agnitae clauditur impugnatio maiestatis et etiam bonitatis quia veritas non tantum praedicat se sed etiam praedicat et manifestat bonitatem et maiestatem dei et ideo dicit sicut dicitur quod veritatem in qua praedicatur dei maiestas et bonitas impugnat maiestatem et bonitatem impugnat. Ad illud quod obicitur de spiritu blasphemiae dicendum quod comprehenditur sub impugnatione veritatis agnitae quia cum verbis falsis veritati dei resistit et blasphemare dicitur et veritatem agnitam impugnare. Ad id quod quaeritur penes quod accipiatur numerus et sufficientia specierum huius peccati dicendum quod sumuntur ex parte oppositi oppositorum autem proprie huius peccati generis non solum ratione huius proprie sed etiam ratione eorum quae conturbant ad proprie effectum. Et quod ista sunt sex sic ostenditur: duo ex parte meriti et duo ex parte culpae et duo ex parte ministri propter hoc vi sunt species huius peccati. Ad id quod ultimo quaeritur iam patet quid responsum.

Secundo quaeritur de speciebus huius peccati quas ad eas supradictas et ostenditur quod nulla istarum sit species peccati in spiritum sanctum. Et primo de desperatione quia peccatum in spiritum sanctum est ex certa malitia sed desperatio potius est ex infirmitate quam ex malitia ergo videtur quod desperatio non sit peccatum in spiritum sanctum. Si tu dicas quod saltem potest esse species in spiritum sanctum ex malitia contra hoc quia qui desperat cogitat in corde suo quod maior est iniquitas sua quam dei misericordia et omnis talis errat et decipitur ergo omnis desperatio oritur ex ignorantia ergo non est species peccati in spiritum sanctum. Secundo obicitur de praesumptione quia frequenter praesumunt quidam potius ex confidentia vel ex audacia quam ex malitia ergo non videtur esse species peccati in spiritum sanctum. Si tu dicas quod non est species nisi quando procedit ex malitia contra hoc quia praesumptio unde cumque procedat species superbiae quae est capitale peccatum ergo non est species peccati in spiritum sanctum. Tertio ostenditur hoc ipsum de obstinatione quia obstinatio est induratio mentis in malitia perseverantia per quam fit homo impoenitens si ergo induratio mentis venit ex permansione in peccato et permansio in peccato non sit species peccati in spiritum sanctum. Si tu dicas quod obstinatio sed quod est peccatum in spiritum sanctum non tamen dicit permansionem sed etiam dicit novum actum et motum contra hoc quia actus ille non est aliud quam voluntas permanendi in peccato ergo non est aliud quam impoenitentia ergo videtur quod obstinatio non sit species peccati in spiritum sanctum ab impoenitentia distincta. Quarto ostenditur hoc ipsum de impugnatione veritatis agnitae quia frequenter veritas agnita impugnatur ex verecundia quia homo timet confundi quando dixit falsum

ergo videtur quod non sit species peccati in spiritum sanctum. Si tu dicas quod non est species peccati in spiritum sanctum nisi quando est ex malitia contra hoc quia tam veritas quam veritas agnitio filio appropriatur ergo potius debet dici impugnatio veritatis agnitae peccatum in filium quam peccatum in spiritum sanctum. Consimili modo hic ipsum dubitatur de invidentia fraternae gratiae quia aliquis invidet alii ex corde non ex malitia ergo si omne peccatum in spiritum sanctum est ex malitia videtur quod ista non est species peccati in spiritum sanctum. Si tu dicas quod hic non est peccatum in spiritum sanctum quando non procedit ex malitia obicitur contra hoc quia invidentia fraternae gratiae sicut continetur sub invidia quod est peccatum capitale ergo videtur quod invidentia fraternae gratiae reducatur ad peccatum capitale et sic non est peccatum in spiritum sanctum. Sexto et ultimo ostenditur illud idem de impoenitentia quia quod aliquis non poenitet quia nescit se peccasse ergo videtur quod aliqua impoenitentia sit ex ignorantia ergo non est species peccati in spiritum sanctum quod non est ex malitia. Si tu dicas quod tunc est peccatum in spiritum sanctum quando est ex certa scientia contra hoc quia scientia non variat genus peccati cum sit circumstantia. Si ergo impoenitentia procedens ex ignorantia non est species peccati in spiritum sanctum videtur quod nec impoenitentia procedens ex certa scientia. Praeterea dicendum quod sicut in operibus meritoriis caritas dat formam 30
itaque ille est meritorius nisi ex caritate procedat sic in malis et in peccato in spiritum sanctum quod malitia dat formam hic peccato unde ille dicendum est esse peccatum in spiritum sanctum nisi quod ex certa malitia procedat et cum sex omnes actibus quae cum procedunt ex certa malitia possunt procedere ex infirmitate et ignorantia et nomina peccatorum imponuntur ab actibus huius est quod nullum nomen praedictarum specierum est impositum aliquam causam sed quod est praecise peccatum in spiritum sanctum et praedicta nomina est opus habere generali et communi distinctione ut dicamus quod ista sex nominant peccatum in spiritum sanctum sed quod sunt ex malitia sicut autem sunt praeter malitiam ut potest ex ignorantia et infirmitate tunc non sunt peccata in spiritum sanctum hic autem melius patet si ad singula descendamus. Ad id enim quod primo obicitur de desperatione quod potest esse ex infirmitate dicendum quod aliquis desperat aliquando ex pusillanimitate ita quod in ipsa desperatione non invenit complacentiam sed dolet et remittitur contra ipsum et tunc non est dicendum peccatum esse in spiritum sanctum quia ex tali desperatione non venit homo in profundum. Est et alia desperatio qua quis desperat diffisive abscondens se quasi a facie domini sicut fecit Cayn qui dixit a facie tua celabor et hoc est peccatum in spiritum sanctum quia est in gratitudine melius domine cum praefert suam iniquitatem sicut dixit Cayn maior est iniquitas mea quam ut veniam merear. Hic tamen non indicatur infidelis aut quod ille bene sentit de aliis sed male de se aut certe quod non aestimat deum misereri non posse sed potius nolle misereri et talis peccavisse habet quantitatem malitiae pro eo quod quando sic desperat in tali culpa ut veniam finire vult talis desperatus saepius sibi infert mortem

